DE

CARMINIBUS CYPRIIS

COMMENTATIO.

SCRIPSIT

RUDOLPHUS I. F. HENRICHSEN,
AA. LL. M., ADIUNCTUS SCHOLÆ METROPOLITANÆ.

HAVNIAE MDCCCXXVIII.
TYPIS EXCUDEBAT DIRECTOR I. H. SCHULTZ,
AULÆ ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσλὸν
Μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι· θεσπεσία δ' ἐπέων καύχαις ἀοιδὰ
πρόσφορος.

Hæc Pindari (Nem. IX. str. 2) verba, quorum veritatem omnis memoriæ experientia confirmat, nusquam verius ponuntur, quam in rebus Trojano bello bene ac fortiter gestis. Neque enim ullum fuit tempus, quod antiquæ Græciæ tot tantosque populos conjungeret, quot & quantos Paridis injuria ad vindicandum excitavit; neque ullum bellum, cujus rebus audiendis magis delectarentur animi hominum, aut quod majorum & plurium poetarum ingeniis celebraretur. Atque ut omittam vetustissimos illos *ἀοιδούς*, quos & magno in honore fuisse (Odyss. VIII. 479 sq. XVII. 385 sq.) & res Trojanas cecinisse (Odyss. I. 325 sqq. VIII. 73 sqq.) constat: Homericis carminibus quid umquam præclarius exstitit? Verum, ut Achillis ira & Ulyssis errores Homerico præconio illustrati sunt, ita neque reliquæ partes jacuerunt: alii enim poetæ, Homeri exemplo excitati, belli causas & modos ludumque fortunæ, tam ad Trojam, quam in Græcorum reditu, versibus mandarunt; neque deerant, qui, quandoquidem novissimus quisque cantus jucundissimus est audientibus (Odyss. I. 351), horum cantu delectarentur,

hosque magni facerent. Homerum hodie etiam cum voluptate legimus & admiramur; cetera carmina dudum in communi bonarum litterarum naufragio perierunt: ex quo vel singulæ quasi servatæ tabulæ, quanta facta sit jactura, ostendunt. Operæ igitur pretium duxi, quum nostra patrumque memoria major huic rei lux allata sit, quam quæ ante antiquissimi temporis monumentis fuerat, suscipere id, quod Heynius (excurs. I. ad Æn. II. p. 308 not.) litterarum elegantium studiosos hortatus erat, ut antiquissimorum carminum de rebus Trojanis reliquias diligenter colligerem atque, quæ obscura essent, illustrarem. Atque initio quidem, quum ante sex annos hoc consilium suscepi, ita rem instituere cogitabam, ut primum separatim agerem de universo cyclo epico & de antiquissimis carminibus, quibus Græcorum fabulæ inde a theogoniis usque ad bellum Trojanum celebratæ essent, deinde Heynii præcepto singulis commentationibus singulorum carminum de rebus Trojanis argumenta & fragmenta tractarem. Itaque quæcumque de epico Cyclo a veteribus tradita & a recentioribus observata erant, diligenter congessi & comparavi, quæque recte vel secus animadversa essent, quæsivi. Sed ecce, fervente opere ac prope jam ad finem perducto, anno 1825 prodiit Francisci Wüllneri de cyclo epico poetisque cyclicis commentatio, quæ meas rationes quodam modo turbavit. Wüllnerus enim, quamquam interdum quædam minus recte & probabiliter disseruit atque in singulorum carminum cyclicorum fragmentis colligendis negligenter versatus est, de universo tamen cyclo epico omnes veterum scriptorum locos

congessit multaque bene ac prudenter in tam obscura re observavit. Itaque ne acta agerem, totum illud de cyclo universo explicando consilium abjeci, atque ad Trojani belli monumenta mentem appuli, melius me ea, quæ mihi cum Wüllnero de universa quæstione non convenirent, ad singula argumenta, si quando occasio data esset, exponere posse ratus. Itaque feci & huic commentationi quædam a me observata de epico cyclo inserui, ut Cypria carmina ad hoc genus pertinere intelligerentur. Hanc autem scriptionem, qualiscumque est, si peritis harum rerum iisdemque æquis judicibus non displicuerit, reliqua subsequentur, quibus eodem modo continebuntur argumenta & fragmenta Æthiopidos, parvæ Iliados, *Ἰλίου περσίδος*, *Νόστων* & Telegoniæ.

I.

DE AUCTORE ET NOMINE CARMINUM CYPRIORUM.

De carminum Cypriorum auctore parum inter veteres constitisse, quum ex eo intelligi possit, quod de ea re Herodoti jam ætate disputari coeptum est [1]), tum multo magis disertis *Athenæi* & *Procli* testimoniis confirmatur: quorum ille libr. XV. c. 30. Schweigh. *Ἀνθῶν*, inquit, *στεφανωτικῶν μέμνηται μὲν ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς, Ἡγησίας, ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ, ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια Ἁλικαρνασσέως δ᾽ αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα.* Sic vulgo legitur; sed postrema corrupta esse, facile patet, nec quidquam proficitur conjecturis, quibus viri docti hunc locum sanare certarunt [2]). Nobis vero, hoc loco Athenæi non tam verba, quam sententiam spectantibus, peropportune subvenit alter ejusdem scriptoris locus, qui aliquam huic lucem afferat. Libro enim VIII. 10. eodem modo, atque hic, nullum ipse suum judicium interponens ait: *εἴτε Κύπριός τίς ἐστιν, ἢ Στασῖνος, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμενος* [3]). Hæc itaque, utroque loco comparato,

1) Herodot. II. 117. vide infra p. 7 sq.

2) Vide Salmas. in Solin. p. 599. C., Casaubon. ad Athen. lib. VIII. p. 334. b., Hemsterh. ad Pollue. X. 85. p. 1255., Schweighaeuser. ad Athen. l. l.

3) De εἴτε — ἢ vide Schaefer. meletem. crit. p. 5 & Lobeck ad Sophocl. Ajac. 117 p. 245, citt. a Seidlero ad Eurip.

Athenæi mens fuisse videtur, alios illa carmina ad Hegesiam referre, alios ad Stasinum, alios ad Cyprium quendam, a Stasino diversum; Demodamantem vero, quamquam *Cypria* illa carmina appellata sint, auctorem tamen Halicarnasseum genere fuisse, scriptum reliquisse. Uberius de auctore disseruerat *Proclus* in chrestomathia grammatica, ex quo libro ἐκλογὰς legit & excerpsit *Photius*, apud quem hæc de nostris carminibus exstant (cod. 239. p. 319 Bekker): *Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων, καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον, οἱ δὲ Ἡγησῖνον* 4) *τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν, οἱ δὲ Ὅμηρον δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ, καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κύπρια* 5) *τὸν πόνον ἐπικληθῆναι· ἀλλ' οὐ τίθεται* 6) *[ὁ συγγραφεὺς] ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ· μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα.*

Jam singula, quæ Athenæi & Procli locis continentur, examinemus. Ac primum quidem, quod Demodamas 7) tradiderat, de eo nihil decerni potest, quum, quisnam Halicarnasseus ille fuerit, non adda-

---

Electr. 891. cfr. Vigen. p. 515 Herm. ed. 3, Matthiæ ausf. Gr. Gr. p. 1254 ed. alt.

4) Sic Bekker. ex cod. Bessarioneo & Harleiano. Vulgo Ἡγήσιον.

5) *Κυπρία* duplici accentu cod. Bessar: Steph. & marg. Harl. ob ea, quæ sequuntur. cfr. Gaisford. Hephæstion. p. 379.

6) i. e. *assentitur*, *suffragatur*, cfr. Hemsterh. ad Thom. Mag. v. *θέσθαι* p. 444.

7) De Demodamante cfr. Meursii bibl. Græc. lib. III. Operr. Vol. III. p. 1266.

tur, nec quidquam usquam de hac opinione in veterum scriptis reperiatur. In medio igitur relinquenda est conjectura Fabricii (bibl. Gr. Vol. I. p. 382 Harl.), Halicarnasseum hunc *Pigretem* esse suspicantis: Pigretem certe Halicarnasseum, Artemisiæ majoris fratrem, Margiten & Batrachomyomachiam confecisse, singulisque Iliadis versibus pentametros versus subjunxisse, auctor est Suidas [8]).

Quod de Halicarnasseo, idem de *Cyprio* valet, nescio quo, quem a Stasino distinguit Athenæus libr. VIII; qui locus induxisse videtur Gyraldum [9]), ut ab Eucloo Cyprio hæc carmina condita fuisse existimaret, levissimis ille quidem rationibus nixus [10]).

---

8) Suidas voc. *Πίγρης*, iisdemque verbis Eudocia Viol. p. 358. Plutarchus de Herodoti malignitate c. 43. Batrachomyomachiam tantum ad eum refert; Aristoteles Art. Poet. IV. 10, ad Nicom. VI. 7., ad Eudem. V. 7. diserte Homerum Margiten composuisse tradit, & Wassenberghius ad vitas Homeri p. 11 sqq. *Μαργίτην* vetustum carmen a Pigrete versibus trimetris interpolatum fuisse putat. cfr. Hermannum ad Aristot. Poet. l. c. De hujus carminis argumento vide Aristot. ibid. sect. 12. cfr. Fabricii bibl. Gr. I. p. 383 sq., G. S. Falbe de Margite Homerico, Stettin 1798, & comment. Fr. Lindemanni in *die Lyra* Th. I. No. 17, commemoratam a Passovio in Jahni Jahrb. f. Philol. Vol. II. fasc. 1 p. 158. Obiter observandum est, Suidam l. c. confundere duas Artemisias, quas recte distinguit idem voc. *Ἀρτεμισία* & Harpocration. Artemisia major est, cujus passim mentionem facit Herodotus lib. VII. & VIII.

9) Lilii Gyraldi de poetarum historia dialog. II. Operr. Vol. II. p. 65.

10) De Eucloo antiquissimo Cyprio vate, qui ante Homerum vixisse fertur & cujus vaticinia commemorat Pausanias libr. X. c. 12. 6, c. 14. 3, c. 24. 3, confer Meursii

Neque de *Hegesia* s. *Hegesino* Salaminio quidquam, cujus certa sit fides, in veterum scriptis reperitur. *Hegesinus* (Ἡγησίνους), Ἀτθίδος poeta, cujus aliquot versus laudat Pausanias[11]), num idem sit, atque Hegesinus Salaminius, dubito, neque certior est conjectura Thryllitzii, apud Tzetzen ad Lycophr. 883 Ἡγήσανδρον Σαλαμίνιον in Ἡγησίαν Σ. mutantis[12]). Quidquid est, non nisi ab Athenæo & Proclo carminum Cypriorum auctor commemoratur Hegesias Salaminius.

Transeamus ad *Homerum*, de quo Herodoti memorabilis est locus II. 117, quem immerito suspectum habebat Borheckius. Ibi historiæ pater, critici munere fungens, discrepantibus inter se Homeri & Cypriorum carminum de eadem re narrationibus allatis, hæc carmina non Homeri, sed alius cujusdam poetæ esse ostendit. Quamquam autem Herodoti argumentatio speciosior, quam verior est, neque ipsa per se multum valet, quum in ipsa adeo Iliade & Odyssea haud pauca inveniantur, quæ inter se discre-

---

Cypr. Oper. Vol. III. p. 675 sq. & Fabricii bibl. Gr. Vol. I. p. 35.

11) Pausan. IX. 29 init. Ipsum carmen jam ante Pausaniæ ætatem perierat, qui, quos versus affert, ex Callippi Corinthii commentario de Orchomeniis se sumsisse significat.

12) G. F. Thryllitzius in epistola anno 1714 scripta, quæ ejus vitæ inserta legitur in *Neuer Büchersaal*, Oeffnung LVIII. p. 739. Falso C. G. Müllerus in indice scriptt. in Tzetzæ scholiis ad Lycophr. laudd. p. 142. Hegesiam Salaminium ait Longino de sublim. III. 2. citari; nam qui ibi taxatur, est Hegesias Magnes, orator, de quo vide Ruhnken. ad Rutil. Lupum p. 25 sqq.

pent[13]: illud tamen ex Herodoteo loco colligi posse videtur, & antiquissima fuisse hæc carmina, de quorum auctore tam mature jam ambigeretur, & vulgarem opinionem ea ad Homerum retulisse. Ipsa Herodoti verba infra in nostrorum carminum fragmentis afferemus; hoc loco addidisse sufficiat, Aristotelem meliore jure ex diversa carminum Homericorum & Cypriorum indole, ab uno eodemque poeta ea profecta esse, tacite negare[14].

Herodoti testimonio subjungemus alterum, fortasse antiquius, *Pindari* apud Ælian. V. H. IX. 15. Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. Λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια. Καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος. Utrum hic intelligendus sit Pindarus poeta celeberrimus, an Pindarus grammaticus, disputant docti[15]; ideoque hunc auctorem certo Herodoti testimonio præponere noluimus. Probabilis tamen Boeckhii est sententia, ad Pindarum poetam hoc esse referendum, quum alterius nomen non ita nude posuisset Ælianus, sed addidisset ὁ γραμματικός, vel simile quid. In hoc igitur sive poetæ sive grammatici fragmento jam

---

13) Cfr. Koes comment. de discrepantiis quibusdam in Odyssea occurrentibus, Hafn. 1806. Wilh. Müller Homerische Vorschule p. 130 sqq. not.

14) Aristotelis A. P. c. 23.

15) Wernsdorf poet. lat. minor. T. IV. p. 563, Heyne ad Pindari fragm. incert. CIII., Boeckh. ad fragm. incert. Pindari 86, Tom. II. P. 2 p. 654 sq. ed. Pind.

apparet studium vulgarem opinionem cum altera de alio auctore fama ita conjungendi, ut Homerus quidem hæc carmina condidisse, sed inopia coactus dotis loco filiæ dedisse diceretur. Auctor vitæ Homeri, Herodoto tributæ, c. 25 duas commemorat Homeri filias, quarum altera innupta decesserit, altera Chio cuidam nupserit; Suidas vero unam tantummodo filiam eum ex Aresiphone uxore suscepisse ait, quam in matrimonium duxerit Stasinus Cyprius[16]; idemque deinceps Suidas in carminibus ad Homerum relatis recenset *Κύπρια*. Jam vero, quum Stasinus, qui Homeri gener dicebatur, & ipse carminum Cypriorum auctor a nonnullis perhiberetur, utraque fama recentioribus temporibus ita in unam coalescèbat, ut eam refert Proclus, sed magis exornatam tradit Tzetzes in Chiliadibus: Arsiphonen, Homeri filiam, nupsisse Stasino Cyprio, qui carmina Cypria condiderit, quum tamen ea plurimorum suffragio tribuerentur Homero, qui ea simul cum pecunia Stasino illi dotem dedisset[17].

---

16) Suidas voc. *Ὅμηρος* T. II. p. 682 Kuster. *Γήμας δ' ἐν Χίῳ Ἀρησιφόνην, τὴν Γνώτορος τοῦ Κυμαίου θυγατέρα, ἔσχεν υἱεῖς δύο, καὶ θυγατέρα, ἣν ἔγημε Στασῖνος ὁ Κύπριος.*

17) Tzetz. Chiliad. XIII. 496 vs. 638 sqq.

Θυγάτηρ Ἀρσιφόνη δὲ ἣν ἔγημε Στασῖνος,
Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,
Ἅπερ οἱ πλείους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,
Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.

Vides; filiam hic eodem fere nomine nuncupari, quo Homeri uxorem apud Suidam; item famam de Homeri paupertate coaluisse cum ea, qua in Chio insula *βίον ἱκανὸν* collegisse dicebatur, auct. vit. Hom. c. 25.

De *Stasino* autem, cujus nomen interdum in grammaticorum scriptis Cypriorum carminum fragmentis præfixum legitur, nihil constat, nisi quod Homeri gener & Cyprius dicitur. Ejus nomen scribitur & *Στασῖμος* & *Στασῖνος*[18]), hoc fortasse rectius, quamquam illud imprimis in antiquis Stobæi aliorumque scriptorum editionibus frequens est[19]). In manu scriptis quibusdam libris vitiose nunc *Τασῖμος*[20]), nunc *Ταρασῖνος*[21]) reperitur. Illud vero, quod Stasinus Homeri gener ferebatur, puto effecisse, ut car-

---

18) Cfr. Hemsterh. ad Polluc. l. c.

19) Sic etiam in Callimacho Frobenii Basil. 1534. 4. (cui ad calcem additæ sunt *sententiæ ex diversis poetis oratoribusque ac philosophis collectæ, non ante excusæ*) p. 70 exstat *Στασίμου ἐκ τῶν Κυπρίων*. Ceterum hæ sententiæ sine dubio ex cod. Stobæi excerptæ sunt, & judice Gaisfordo, Stob. Vol. I. Præf. p. XI. not. f. ed. Lips., Frobenii collectio in multis persimilis est Vossiano Stobæi MS. In *epistola nuncupatoria* Sigismundi Gelenii ad Carolum Utenhovium, Froben. Callimacho præmissa, *gnomarum harum una cum scholiis ad Callimachum officinæ Frobenianæ copiam fecisse* dicitur *Matthæus Aurigallus trium linguarum professor*.

20) In Bandini catalog. MSS. Græc. bibl. Laurent. Vol. I. p. 549 Cod. XXVI. inter scriptores, quorum dictis ac sententiis composita est Arsenii *Ἰωνία συνθήκη*, occurrit *Tasimus ἐκ τῶν Κυπρίων*. Bandinus nulla attulit fragmenta, ut non liqueat, num diversa hæc sint ab iis, quæ exstant apud Stobæum.

21) Scholia minora ad Il. I. 5., ubi nunc post Villoisonium legitur *παρὰ Στασίνῳ*; sed Siebenkees in eodem cod. Veneto, cujus scholia edidit Villois., *Τασίνῳ* scriptum esse testatur in Bibl. d. alt. Litt. u. Kunst St. III. p. 62., & sic Ruhnkenius quoque scriptum invenit in cod. Paris., cujus excerpta misit Wassenberghio, quem vide not. ad Schol. libr. I & II Iliad. p. 131.

mina nostra illi tribuerentur, quum antiquissima quæque carmina, maxime ea, quæ ex Homeridarum schola profecta erant, quorum auctores singulorum latebant, vulgo ab aliis ipsi Homero tribuerentur, ab aliis ad unum aliquem ex ipsius familiaribus referrentur, velut nostra, *Οἰχαλίας ἅλωσις*, alia.

Quum de Cypriorum carminum poeta tam incerta fuerint omnia, minime mirandum, hæc carmina plerumque *ἀνωνύμως* citari: idque de antiquissimo quoque valet scriptore, qui ea commemoravit. Herodotus simpliciter laudat *τὰ Κύπρια ἔπεα*[22]), apud Platonem est *ὁ ποιητής*[23]), apud Aristotelem *ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας*[24]), apud Pausaniam ter[25]) *ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια*. A Clemente Alexandrino, qui primus ex iis scriptoribus, qui ad nos pervenerunt, Stasini nomen Cypriorum fragmento apponit[26]), altero tamen loco, nomine omisso, simpliciter citatur *ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας*[27]), & simili modo variant scholia Homeri & Tzetzes[28]). Præterea apud grammaticos, scholiastas & lexicographos poeta noster di-

---

22) Herodot. l. c. & sic etiam Pausan. X. 26 & 31.
23) Platon. Euthyphr. p. 12. Steph.
24) Aristot. l. c. cfr. Athen. VIII. 10.
25) Pausan. III. 16, IV. 2. 5., X. 26.
26) Clem. Alex. Strom. lib. VI. p. 625. C. ed. Colon.
27) Idem admonit. ad gent. p. 19 A.
28) Schol. Il. I. 5. *Ἡ ἱστορία παρὰ Στασίνῳ τῷ τὰ Κύπριά πεποιηκότι*, sed ad XVI. 140. *ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ Κύπρια ποιήσαντι*. Tzetz. Chiliad. II. 48 *Στασῖνος* & ad Lycophr. 511 *Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια πεποιηκώς*, sed ibid. ad vs. 570 *ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος*, de quo infra plura dicemus.

citur: ὁ τὰ Κύπρια γράψας v. συγγράψας[29]), ὁ τὰ Κύπρια[30]), ὁ Κύπριος ποιητής[31]) & οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί[32]). Denique scholia Platonis, Stobæus & Michael Apostolius, qui idem omnes fragmentum afferunt, nihil dubitantes Stasinum auctorem ponunt[33]).

Hactenus de iis poetis, quos Athenæus & Proclus carminum Cypriorum auctores habitos esse tradunt. Præterea a Fulgentio mytholog. I. 2 extr. (p. 630 Staveren.) commemoratur *Theopompi* carmen Cypriacum, quod utrum idem sit ac nostrum carmen, an Cypri insulæ res celebraverit, haud liquet, quum ejus fabulæ,

---

29) Schol. Pindari Nem. X. 114.

30) Herodian. περὶ μονήρους λέξεως in Dindorfii gramm. Græc. Vol. I. p. 9, Schol. Sophocl. Electr. 152 Erf., ubi *Brunck.* addidit ποιήσας.

31) Suidas voc. Οἶνος T. II. p. 669.

32) Schol. Victor. Iliad. XVI. 57, ubi Heynius (T. VII. p. 782), *Ergo plures*, inquit, *auctores carminis?* Equidem, quamquam, ut Homericorum, ita nostrorum carminum fortasse plures fuisse auctores, haud negaverim, scholiasten tamen de hoc cogitasse, non puto. Verum sic aliorum quoque carminum scriptor, cujus nomen ignorabatur, vel qui alius ab aliis dicebatur, interdum a scholiastis citatur, v. c. οἱ τὴν Οἰδιποδίαν γράφοντες Schol. cod. Aug. Eurip. Phoeniss. 1760 Matth. & fortasse οἱ τὴν Θηβαΐδα γεγραφότες Schol. Apollon. Rhod. I. 308. Nusquam vero commemorantur οἱ τὰ Κύπρια συγγράψαντες, ut cum Schwarzio de poetis cyclicis p. 51. citavit Creuzer hist. Kunst d. Griechen p. 29 not. 38, ubi etiam, haud dubie typographi errore, *carminum cyclicorum auctores* sic passim laudari dicuntur!

33) Schol. Platon. Euthyphr. l. c. ἐκ τῶν Στασίνου Κυπρίων; Stobæi Serm. XXXI. 12 Gaisf. Στασίνου; Mich. Apostol. Proverb. Cent. X. 50. Στασίμου ἡ γνώμη τοῦ ποιητοῦ.

quam prodit Fulgentius, nullum appareat vestigium in iis, quæ quidem hodie de carminum Cypriorum argumento explorata habemus. Quod ad Theopompum attinet, multi olim hujus nominis floruere scriptores, ex quibus *Theopompus Colophonius*, poeta epicus, cujus ferebatur carmen *Ἁρμάτιον*[34], fortasse is est, qui carmen hoc Cypriacum condidisse dicitur: si modo fides habenda est Fulgentio, scriptori parum diligenti.

Ad hos, quos nominavi, poetas ex loco Aristotelis Art. poet. c. 16 immerito accessit *Dicæogenes*, inveterato sane errore, quem, a Schotto (ad Phot. cod. 239) profectum, propagavit Ryckius[35], repetiit Fabricius (bibl. Græc. I. p. 382), repetiit, quod mireris, Wesselingius (ad Herodot. l. c.) & recentissimis temporibus Mohnike[36]. Aristoteles l. c. sect. 8. Herm. de agnitione agens, *τρίτη*, inquit, *(ἀναγνώρισις) ἡ διὰ μνήμης, τῷ αἰσθέσθαι τι ἰδόντα· ὥσπερ ἡ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους· ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν ἀπέκλαυσε κ. τ. λ.* Quæ hic observat Aristoteles, non carmina Cypria, sed fabulam Dicæogenis tragici, *Κύπριοι* inscriptam, spectant[37]. Harpocration voc. *Δικαιογένης*, *Τραγῳδίας*; ait, *οὗτος ποιη-*

---

34) Athen. IV. c. 81, ubi vide Casaub. & Schweigh. animadv. Vol. II. p. 672. cfr. Meurs. ad Apollon. Dyscol. c. 10 operr. Vol. VII. p. 156 (p. 57 Teucher).

35) Th. Ryckii dissert. de primis Italiæ incolis c. 10, ad calcem nott. Holstenii ad Stephan. Byz. p. 446.

36) Geschichte d. Litterat. I. p. 194.

37) Vide ipsum Fabricium bibl. Gr. Vol. II. p. 295, ibidemque Harles. Cfr. Meursii bibl. Gr. lib. III. Operr. Vol. III. p. 1274 & Heyne ad Virgil. Æn. I. 464.

τῆς καὶ διθυράμβους ἔγραψε, idemque iisdem fere verbis testantur Suidas & Eudocia.

Ut de carminum Cypriorum poeta ambigitur, ita, cur τῶν Κυπρίων nomen his carminibus inditum sit, obscurum est, neque præter Proclum ex antiquis scriptoribus, quorum libri ad nos pervenerunt, quisquam de hujus nominis origine disputavit. Proclus autem l. c., a Cypro, Stasini patria, Cypria denominata esse carmina, quosdam memoriæ prodidisse, auctor est, quibus non assentiri se significat, eam ob causam, quod carmina non προπαροξυτόνως Κύπρια inscribantur. Hoc quid sibi velit, equidem ignoro; numquam enim non προπαροξυτόνως inscribuntur hæc carmina, neque, si aliter positus inveniretur accentus, inde quidquam in alterutram partem concludi posset: ut leve hoc Procli sit argumentum[38]). Rursus, quominus a Stasino Cyprio ductum nomen esse statuamus, obstat illud, quod, a quonam inde tempore Stasino vel omnino Cyprio poetæ hæc carmina tribui coepta sint, nescimus; neque enim Herodotus, si quid de hoc compertum habuisset, omisisset. Ita-

38) Cfr. Heyne in Bibl. d. alt. Litter. u. Kunst St. I. ined. p. 28. Casaubonus ad Athen. VIII. p. 334. b. ἐπιγράφεσθαι interpretandum ἐπιγράφεσθαι ἄν, & Proclum hoc significare putat, si e Cypro insula carminibus illis nomen inditum esset, non Κύπρια, accentu in antepenultima posito, sed Κυπριακὰ fuisse inscribenda. Sed hujus sententiæ ne minimum quidem vestigium inest in ipsis Procli verbis. Ipse Casaub. quodam modo huic interpretationi diffidit, quum alteram subjungat, hoc fortasse velle Photium, non Κύπρια, sed Κυπρία ἔπη scribendum esse.

que in eorum sententiam magis propendeo, qui a *Cypride* nomen derivandum censent, sive quod carmina Cypria a Veneris laudibus inceperint, cujus rei tamen nullum reperitur vestigium in iis, quæ exstant; sive, quod præcipuæ huic deæ tributæ fuerint partes in amoribus Paridis & Helenæ, atque in reliquis rebus a judicio inde dearum usque ad Achillis iram gestis[39].

Restat, ut paucis commemoremus litem, quæ aliquamdiu viros doctissimos exercuit, quæque pertinet ad hanc de Cypriorum carminum auctore & nomine quæstionem. Hanc contentionem movit Jos. Scaliger, qui, nulla idonea ratione allata, contendit *Ἰλιάδα μικρὰν* idem fuisse carmen ac *τὰ Κύπρια*, atque hujus carminis, a Stasino conditi, initium fuisse: *Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινὴν*[40]. Adversus hunc Salmasius[41], quum recte ostendat, diversa fuisse hæc carmina diversosque eorum auctores, ipse tamen *τὰ Κύπρια* etiam *ἐλάττονος Ἰλιάδος* nomine putat insigniri, hujusque carminis initium esse illud, quod Scaliger attulerit: ad quam opinionem probandam laudat auctorem vitæ Homeri c. 16, ubi *Ἰλιὰς* quidem *ἐλάσσων* commemoratur, sed nihil, quod ad

39) Salmas. ad Solin. p. 599., Ryckii dissert. p. 448., Böttiger der Liebeszauber, in Urania, Taschenb. auf d. Jahr 1820 p. 479. Cfr. Perizon. ad Ælian. V. H. IX. 15, qui etiam ineptam Dacierii opinionem refutat.

40) Jos. Scaligeri castigg. in Catull. Antverp. 1582 p. 94. cfr. ejusd. animadvers. in chronologica Euseb. p. 82 ad calc. thes. tempp. ed. 1658. Casaub. quoque ad Athen. VII. p. 277 E. Stasinum τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος auctorem esse opinatur.

41) Salmas. in Solin. p. 598 E. cfr. p. 599 D. & p. 600 E.

Cypria carmina pertineat, reperitur. Salmasii sententiam magnam partem jam refutavit Ryckius (l. c. p. 446); qui idem recte ostendit, versum illum initium esse *Ἰλιάδος ἐλάσσονος*, sed a Scaligero memoriæ vitio depravatum, quum non *Δαρδανίην ἐρατεινήν*, sed *Δ. εὔπωλον* in vita Homeri exstet. Wesselingius, qui, sitne *Ἰλιὰς ἐλάσσων* idem ac *τὰ Κύπρια* carmen, opportuniore tempore se disputaturum, ad Herod. II. 117. profitetur, hujus promissi immemor fuisse videtur, quum in annotationibus ad vitam Homeri l. c. hanc quæstionem intactam fere atque integram relinquat.

Neque vero in re aperta longa opus est disputatione; nulla enim causa est, cur non *Ἰλιάδα ἐλάσσονα* auctoris vit. Homer. idem esse carmen dicamus, quod a ceteris scriptoribus *Ἰλιὰς μικρὰ* vocatur[42]: ut, si Scaligeri sententia falsa est, ut est, Salmasii eodem suffragio damnanda videatur opinio. Diversissima autem hæc carmina fuisse, quum jam ante ex Aristotelis A. P. XXIII. 6. & Pausan. X. 26. patuerit, tum nunc luce clarius est, postquam utriusque carminis argumentum, a Proclo confectum, publici juris factum est: de quo mox plura dicemus. Hoc unum addam, de parvæ Iliadis auctore dissentire veteres scriptores, atque ab aliis eam *ἀνώνυμον* laudari, ab aliis vero Leschi s. Lescheo Pyrrhæo vel Mytilenæo

---

42) Cfr. Ryckium l. c., Fabr. bibl. Gr. I. p. 376, Heyne excurs. I. ad Æn. II. p. 309 ed. 3tiæ, Jacobs ad Tzetz. Antehomer. p. XXII. not.

tribui[43]), eidem, qui *Ilii excidium* (*Ἰλίου πέρσιν*) composuisse dicitur[44].

43) Vide Fabr. & Heyne ll. cc., Tychsen de Quint. Smyrn. comment. p. LXIII. sq.

44) Pausan. X. 25. Hermannus ad Aristot. l. c. p. 172 ex Aristotele aliisque scriptoribus concludit, *Ἰλίου πέρσιν* parvæ Iliadis continuationem fuisse. Cfr. Heyne l. c. p. 312, Jacobs ad Tzetz. Antehom. p. XXI. sq., Böttiger Ideen zur Archäologie der Malerei p. 305. Contra S. L. Plehn Lesbiacorum lib. cap. 5. p. 132 diversa ea carmina neque nisi parvam Iliadem cyclicam fuisse putat. De hoc alio tempore quæremus.

II.

DE ARGUMENTO CARMINUM CYPRIORUM.

De carminum Cypriorum argumento, de quo multa olim hallucinati sunt VV.DD., nunc omnia certa sunt, postquam fragmenta chrestomathiæ Procli, recentioribus temporibus reperta, hanc rem illustrarunt. Nam sub finem seculi superioris eodem fere tempore *Thom. Chr. Tychsen* Homeri vitam, pleniorem ea, quam ediderat Leo Allatius, simul cum argumento Cypriorum carminum e codice Iliadis bibliothecæ St. Laurentii Escurialensis eruit, & eandem Homeri vitam cum argumentis aliorum carminum antiquissimorum, quæ res Trojanas celebraverant, in præstantissimo codice bibl. St. Marci 454 invenit *Joh. Ph. Siebenkees*. Quæ ab his duumviris descripta erant, Heynianis observationibus illustrata, edita sunt in *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst fasc. prim. ined.*, repetita cum Heynii commentario in Hephæstione Gaisfordi p. 465 sqq., ac tertium omnia præter Homeri vitam in fronte Antehomericorum, Homericorum & Posthom. Joannis Tzetzæ, ab *Imm. Bekkero* anno 1816 edita sunt. Quum autem Siebenkees non ea, qua par erat, diligentia in codice Veneto describendo versatus esset, hunc codicem iterum cum fragmentis, Gottingæ editis, contulit *Fr. Thierschius*, idemque in codice Monacensi chartaceo sec. XVI. Homeri vitam & carminum Cypriorum argumentum invenit.

Quæ inde natæ erant variæ lectiones & observationes, bonæ frugis plenæ, eas inseruit actis philologorum Monacensium T. II. p. 572 sqq. Denique Bekkerus nuperrime in scholiorum Iliadis fronte fragmenta cod. Veneti emendata edidit; & *Wüllnerus* eis argumentis, quæ in Bekkeri Tzetze exstant, observationibus quibusdam subjunctis, in commentatione de cyclo epico poetisque cyclicis locum dedit.

Hæc autem argumenta, quamquam ad antiquissima illa carmina melius cognoscenda vel maxime valent, non ex ipsa Procli chrestomathia desumta esse, patet ex iis verbis, a quibus quædam ex iis incipiunt: ἐπιβάλλει τούτοις, συνάπτει τούτοις, quæ haudquaquam ipsius Procli esse possunt, sed videntur esse ejus, qui ἐκλογὰς ex ejus chrestomathia confecerit. Ipsa Procli chrestomathia aut mature videtur periisse, aut rariora ejus exemplaria fuisse, quippe quum ne Photius quidem ipso libro, sed eclogis tantum usus sit, fortasse iisdem, atque iis, unde illa argumenta manarunt. Hinc suspicari licet, Procli verba sæpius in breve esse contracta, quædam etiam, ab eo commemorata, vel omissa, vel male intellecta esse; nam in carminum fragmentis nonnulla afferuntur, quorum in argumentis aut nulla mentio facta est, aut non sine discrepantia quadam facta est.

Jam hoc loco nostrorum carminum argumentum repetere placet, ut & quomodo poeta in antehomericis tractandis versatus sit, & quo singula fragmenta referenda sint, perspiciatur. Quum vero ad ea, quæ hoc argumento continentur, illustranda alia jam contulerit Heynius, alia in sequentibus capitibus uberius

tractanda sint, ne hanc partem observationibus onerem magis, quam ornem, nonnisi paucas notas subjiciam, maxime criticas & eas, quibus non aptior locus in sequentibus futurus sit.

Ἐπιβάλλει τούτοις τὰ λεγόμενα Κύπρια, ἐν βιβλίοις φερόμενα ἕνδεκα, ὧν περὶ τῆς γραφῆς ὕστερον ἐροῦμεν, ἵνα μὴ τὸν ἑξῆς λόγον νῦν ἐμποδίζωμεν· τὰ δὲ περιεχόμενά ἐστι ταῦτα.

Ζεὺς βουλεύεται μετὰ τῆς Θέμιδος περὶ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου· παραγενομένη δὲ Ἔρις εὐωχουμένων τῶν θεῶν ἐν τοῖς Πηλέως γάμοις νεῖκος περὶ κάλλους ἐνίστησιν Ἀθηνᾷ, Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ, αἳ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐν Ἴδῃ κατὰ Διὸς προσταγὴν ὑφ' Ἑρμοῦ πρὸς τὴν κρίσιν ἄγονται. καὶ προκρίνει τὴν Ἀφροδίτην ἐπαρθεὶς τοῖς Ἑλένης γάμοις ὁ Ἀλέξανδρος. ἔπειτα δὲ Ἀφροδίτης ὑποθεμένης ναυπηγεῖται. καὶ Ἕλενος περὶ τῶν μελλόντων αὐτοῖς προθεσπίζει.

περιεχόμενα] Sic recte Bekkerus; *περιέχοντα* vulg. ex cod. Escur. De cod. Mon. nihil hic adnotat Th. In ceterorum argumentorum indicibus est *βιβλία περιέχοντα τάδε.*

βουλεύεται] Cod. Mon. mendose *βούλεται.*

Θέμιδος] Sic recte Heynius, quem ceteri secuti sunt. Cod. Esc. *Θέτιδος.* Vide Heynium ad h. l.

καὶ προκρίνει] De Paridis judicio Euripid. Andromach. 274 sqq., Troad. 917 sqq., Helen. 23 sqq. Cfr. Jacobs ad Tzetz. Antehom. 74.

ἔπειτα δὲ] *ἔπειτα καὶ* Mon.

Ἕλενος — προθεσπίζει] De Heleni vaticinio cfr. Heyne ad Iliad. V. 64 & excurs. X. ad Æn. lib. III.

αὐτοῖς προθεσπίζει] Sic cod. Esc., pro quo *αὐτῷ* leg. censuit Heyne, quem secutus est Bekkerus. Cod. Mon. *αὐτῆς*, unde Th. fortasse leg. putat *ἐξ αὐτῆς.* Equidem *αὐτοῖς*

καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει. καὶ Κασσάνδρα περὶ τῶν μελλόντων προδηλοῖ. ἐπιβὰς δὲ τῇ Λακεδαιμονίᾳ Ἀλέξανδρος ξενίζεται παρὰ τοῖς Τυνδαρίδαις, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Σπάρτῃ παρὰ Μενελάῳ. καὶ Ἑλένῃ παρὰ τὴν εὐωχίαν δίδωσι δῶρα ὁ Ἀλέξανδρος. καὶ μετὰ ταῦτα Μενέλαος εἰς Κρήτην ἐκπλεῖ κελεύσας τὴν Ἑλένην τοῖς ξένοις τὰ ἐπιτήδεια παρέχειν, ἕως ἂν ἀπαλλαγῶσιν. ἐν τούτῳ δὲ Ἀφροδίτη συνάγει τὴν Ἑλένην τῷ Ἀλεξάνδρῳ. καὶ μετὰ τὴν μίξιν τὰ πλεῖστα κτήματα ἐνθέμενοι νυκτὸς ἀποπλέουσι· χειμῶνα δὲ αὐτοῖς ἐφίστησιν Ἥρα. καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος αἱρεῖ τὴν πόλιν. καὶ ἀποπλεύσας εἰς Ἴλιον γάμους τῆς Ἑλένης ἐπετέλεσεν.

Ἐν τούτῳ δὲ Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ὑφαιρούμενοι ἐφωράθησαν. καὶ Κάστωρ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἴδα ἀναιρεῖται, Λυγκεὺς δὲ καὶ Ἴδας ὑπὸ Πολυδεύκους. καὶ Ζεὺς αὐτοῖς ἑτερήμερον νέμει τὴν ἀθανασίαν. καὶ μετὰ ταῦτα Ἶρις ἀναγγέλλει τῷ Μενελάῳ τὰ γεγονότα κατὰ τὸν οἶκον.

---

in ejusmodi scriptore ferri posse puto, & accipiendum de universis Trojanis, aut de Paride ejusque comitibus.

παρὰ τὴν εὐωχίαν] περὶ Mon. "recte" ait Thiersch. Sed non video, cur hoc præferatur alteri, quum bene dicatur παρὰ πότον, παρ' οἶνον &c.

εἰς Κρήτην] Cfr. Eurip. Troad. 937.

τὰ πλεῖστα κτήματα] Cfr. Heyne ad Il. III. 70.

ἐπετέλεσεν] ἀπετέλεσεν cod. Mon.

καὶ Λυγκέως] Cod. Esc. Λυγέως & infra Λυγεύς.

ὑφαιρούμενοι] ὑφαιρόμενοι cod. uterque. Etiam supra αἶρει est in cod. Esc.

ἀναγγέλλει] "Reliqui ἀναγγέλλει; usitatius ἀπαγγέλλει." Heyne. ἀγγέλλει cod. Mon.

ὁ δὲ παραγενόμενος περὶ τῆς ἐπ' Ἴλιον στρατείας βουλεύεται μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. καὶ πρὸς Νέστορα παραγίνεται Μενέλαος. Νέστωρ δὲ ἐν παρεκβάσει διηγεῖται αὐτῷ, ὡς Ἐπωπεὺς φθείρας τὴν Λύκου θυγατέρα ἐξεπορθήθη, καὶ τὰ περὶ Οἰδίπουν καὶ τὴν Ἡρακλέους μανίαν καὶ τὰ περὶ Θησέα καὶ Ἀρι-

ἐπ' Ἴλιον] Hanc Bekkeri emendationem confirmat cod. Mon. ἐπ' Ἰλίου cod. Esc.

στρατείας] στρατίας Mon.

ἐν παρεκβάσει] παραβάσει Mon.

τὴν Λύκου θυγατέρα] Sic ex Apollodor. III. 5. 5. emendavit Heynius, quem sequitur Bekkerus. Codd. Λυκούργου. Sed vel sic nostri poetæ narratio a vulgata fabula vehementer discrepat. cfr. Heyne ad h. l. & ad Apollod. l. c.

τὰ περὶ Οἰδίπουν] Hujus fabulæ fons est Homer. Odyss. XI. 271 sqq. De Oedipi rebus Οἰδιποδία vetustum carmen olim exstitit, Cinæthoni tributum; vide Heeren Bibl. d. alt. Litt. u. Kunst IV. p. 57 sqq. & Wüllnerum de cyclo epico p. 58 sq. Etiam in Thebaide Cyclica haud dubie multa erant ad Oedipum pertinentia; cfr. Hermannum ad Soph. Oedip. Col. 1377. Herodori grammatici Οἰδίπους commemoratur Schol. Pindar. Isthm. III. 87, ubi tamen vide, quæ observat Boeckh.

τὴν Ἡρακλέους μανίαν] De Heracleis, quibus etiam Herculis insaniam celebratam fuisse verisimile est, agit Wüllnerus p. 51 sq. Præter eas, quas ille commemorat, Panyasis Heraclea sæpius a veteribus laudatur: vide Naekii *Choerili Samii quæ supersunt* p. 15 sqq., Weichert über Apollon. Rhod. p. 245 sq., K. O. Müller *Dorier* II. p. 471 sqq. Idem Herodorus, quem supra nominavi, de Hercule ejusque insania scripserat, v. Athen. IX. c. 80 Schw., Steph. Byz. voc. Κυνητικόν, Proclus ad Hesiod. Ἔργ. 41, Schol. Eurip. Hippol. 545, Schol. Pind. Isthm. III. 104, Schol. Apollon. II. 815; cfr. Heyne ind. scriptt. ab Apollod. laudd., Groddeck über die Argon. d. Apollon. Rhod. in Bibl. d. alt. L. u. K. II. p. 72 sqq. Weichert p. 154 sqq., K. O. Müller l. c. p. 464 sqq.

ἄδνην. ἔπειτα τοὺς ἡγεμόνας ἀθροίζουσιν ἐπελθόντες τὴν Ἑλλάδα. καὶ μαίνεσθαι προσποιησάμενον τὸν Ὀδυσσέα ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν στρατεύεσθαι ἐφώρασαν, Παλαμήδους ὑποθεμένου τὸν υἱὸν Τηλέμαχον ἐπὶ κόλασιν ἐξαρπάσαντες.

Καὶ μετὰ ταῦτα συνελθόντες εἰς Αὐλίδα θύουσι· καὶ τὰ περὶ τὸν δράκοντα καὶ τοὺς στρουθοὺς γενόμενα δείκνυται, καὶ Κάλχας περὶ τῶν ἀποβησομένων προλέγει αὐτοῖς. ἔπειτα ἀναχθέντες Τευθρανίᾳ προσίσχουσι, καὶ ταύτην ὡς Ἴλιον ἐπόρθουν. Τήλεφος

τὰ περὶ Θησέα καὶ Ἀριάδνην] Fabulæ fons est Homer. Odyss. XI. 321 sqq. Plures olim exstiterunt Theseïdes, ex quibus antiquissima fuisse videtur ea, quam commemorant Aristoteles A. P. cap. 8 & Plutarchus in Theseo c. 28, quam eandem fortasse respicit auctor schol. Pindar. Olymp. III. 52. Sed eadem scholia ad Ol. XI. 83 primum ἀνώνυμον laudant τὸν γράψοντα τὴν Θησηΐδα, atque ejus jambum aliquem afferunt, deinde ejusdem versus auctorem nominant Δίφιλον τὸν τὴν Θησηΐδα ποιήσαντα; unde VV. DD., quos etiam Wüllnerus sequitur, de carmine quodam jambico, Thesei res celebrante, fabulantur. Nimirum hic intelligenda est Diphili comici fabula, quæ ab Athenæo VI. p. 262 A. & X. p. 451 B. *Theseus* dicitur. cfr. Fabr. bibl. Gr. II. p. 439 & Sturz Hellanici fragm. præf. p. XVI. ed. alt. Præterea recentior quædam Theseis Pythostrati s. Nicostrati commemoratur a Diogene Laert. II. 59.

τὸν Ὀδυσσέα] Ὀδυσσέα Mon.

Παλαμήδους ὑποθεμένου] Hoc attingit Sophocles in Philoct. 1025. cfr. Cicer. offic. III. 26, Lucian. de domo c. 30, Tzetz. ad Lycophr. 384 & 818.

στρουθοὺς γενόμενα] "γένημ" (sic) Mon. Voluit γεγενημένα" Thiersch.

ταύτην ὡς Ἴλιον] Sic codd., quos sequutus est Bekkerus. Heynius, "mirus", inquit, "error, si pro Ilio habuere. Leg. ὡς Ἰλιέων: quippe Mysi societate cum Trojanis

δὲ ἐκ βοηθείας Θέρσανδρόν τε τὸν Πολυνείκους κτείνει καὶ αὐτὸς ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται. ἀποπλέουσι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῆς Μυσίας χειμὼν ἐπιπίπτει καὶ διασκεδάννυνται. Ἀχιλλεὺς δὲ Σκύρῳ προσσχὼν γαμεῖ τὴν Λυκομήδους θυγατέρα Δηϊδάμειαν. ἔπειτα Τήλεφον κατὰ μαντείαν παραγενόμενον εἰς Ἄργος ἰᾶται Ἀχιλλεὺς ὡς ἡγεμόνα γενησόμενον τοῦ ἐπ' Ἴλιον πλοῦ.

Καὶ τὸ δεύτερον ἠθροισμένου τοῦ στόλου ἐν Αὐλίδι Ἀγαμέμνων ἐπὶ θήρας βαλὼν ἔλαφον ὑπερβάλλειν ἔφησε καὶ τὴν Ἄρτεμιν. μηνίσασα δὲ ἡ θεὸς ἐπέσχεν αὐτοὺς τοῦ πλοῦ χειμῶνας ἐπιπέμπουσα. Κάλχαντος δὲ εἰπόντος τὴν τῆς θεοῦ μῆνιν καὶ Ἰφιγέ-

---

juncti". Sed recte habere codicum lectionem, docent verba schol. Villois. ad Il. I. 59. οἱ νεώτεροι (Homero recentiores) ποιηταὶ ἐντεῦθεν σημειοῦνται ἱστοροῦντες τὰ περὶ τῆς Μυσίας τὸν τρόπον τοῦτον. ἐν Τροίᾳ πλέοντες οἱ Ἕλληνες Μυσίᾳ προσίσχουσιν, καὶ ἀγνοοῦντες αὐτὴν ἐπόρθουν, Τροίαν εἶναι νομίζοντες. Τήλεφος δὲ κ. τ. λ.

ὑπὸ Ἀχιλλέως τιτρώσκεται] De Telepho ab Achille vulnerato, post ab eodem sanato, vide quae attulit Dissen explicat. ad Pindari Isthm. IV. 46., Vol. II. P. II. p. 518 ed. Boeckh.

διασκεδάννυνται] διασκεδάννυται Esc.

παραγενόμενον] Sic Mon. & sic recte jam ex Heynii conj. Bekkerus. παραγενόμενος Esc.

τοῦ ἐπ' Ἴλιον πλοῦ] Cod. Esc. τοῦτ' ἐπ' Ἰλ. Itineris ducem factum esse Telephum, tradit etiam Dictys II. 10.

ἐπὶ θήρας] Sic recte Bekkerus; codd. ἐπὶ θήραν, quod jure offendit Heynium, qui ἐξιὼν vel ἐξαγαγὼν καὶ fortasse excidisse putabat.

αὐτοὺς] αὐτοῦ Mon.

τῆς θεοῦ] τοῦ θεοῦ Mon.

νειαν κελεύσαντος θύειν τῇ Ἀρτέμιδι, ὡς ἐπὶ γάμον αὐτὴν Ἀχιλλεῖ μεταπεμψάμενοι θύειν ἐπιχειροῦσιν. Ἄρτεμις δὲ αὐτὴν ἐξαρπάσασα εἰς Ταύρους μετακομίζει καὶ ἀθάνατον ποιεῖ, ἔλαφον δὲ ἀντὶ τῆς κόρης παρίστησι τῷ βωμῷ.

Ἔπειτα καταπλέουσιν εἰς Τένεδον. καὶ εὐωχουμένων αὐτῶν Φιλοκτήτης ὑφ' ὕδρου πληγεὶς διὰ τὴν δυσοσμίαν ἐν Λήμνῳ κατελείφθη· καὶ Ἀχιλλεὺς ὕστερον κληθεὶς διαφέρεται πρὸς Ἀγαμέμνονα. ἔπειτα ἀποβαίνοντας αὐτοὺς εἰς Ἴλιον εἴργουσιν οἱ Τρῶες, καὶ θνήσκει Πρωτεσίλαος ὑφ' Ἕκτορος. ἔπειτα Ἀχιλλεὺς αὐτοὺς τρέπεται ἀνελὼν Κύκνον τὸν Ποσειδῶ-

---

ὡς ἐπὶ γάμον αὐτὴν] Uterque cod. αὐτῇ. Fallitur Thierschius, Heynii emendationem pro cod. Esc. lectione habens.

ἐξαρπάσασα] Sic codd. ἐξαρπάξασα Bekker. Cfr. Buttmann ausf. Gr. Gr. I. p. 381, II. p. 83, Matthiæ Gr. Gr. p. 319 ed. alt.

Ἔλαφον δὲ ἀντὶ] δὲ addidit Heynius, quem secuti sunt Gaisf. & Bekker. In cod. Mon. aperte legitur ἔλ. δὲ ἀντὶ. De Achæorum Aulidensi conventu & de Iphigenia scripserat Simonides Carystius s. Eretriensis, testibus Suida & Eudocia h. v. De Iphigeniæ immolandæ causa dissentiunt veteres; porro alii ipsam mactatam fuisse tradunt (v. c. Æschyl. Agam. 145 sqq. Well., Sophocl. Electr. 530 sqq., Eurip. Orest. 647 ibiq. Schol., Androm. 615, Lucret. I. 96 sqq., Cic. offic. III. 25), alii cervam ei substitutam narrant (Eurip. Iphig. Aul. 1563 sqq., Ovid. Metam. XII. 34, Antonin. Liberal. c. 27 p. 455 Gale ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις, Dictys I. c. 20 sqq.). Cfr. Jacobs ad Tzetz. Anteh. 193 sq., Blomfield ad Æsch. Agam. 147.

κατελείφθη] Sic Bekker. κατελήφθη Esc. κατελήθη Mon.

ἀνελὼν Κύκνον] Cfr. Ovid. Metam. XII. 64 sqq., Dictys II. 12, Schol. Pind. Ol. II. 147, Jacobs ad Tzetz. Anteh. 257.

νος. καὶ τοὺς νεκροὺς ἀναιροῦνται, καὶ διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας, τὴν Ἑλένην καὶ τὰ κτήματα ἀπαιτοῦντες· ὡς δὲ οὐχ ὑπήκουσαν ἐκεῖνοι, ἐνταῦθα δὴ τειχομαχοῦσιν. ἔπειτα τὴν χώραν ἐπεξελθόντες πορθοῦσι καὶ τὰς περιοίκους πόλεις. καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεὺς Ἑλένην ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι, καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτὸ Ἀφροδίτη καὶ Θέτις. εἶτα ἀπονοστεῖν ὡρμημένους τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχιλλεὺς κατέχει. κἄπειτα ἀπελαύνει τὰς Αἰνείου βόας, καὶ Λυρνησὸν καὶ Πήδασον πορθεῖ καὶ συχνὰς τῶν περιοικίδων πόλεων, καὶ Τρωΐλον φονεύει. Λυκάονά τε Πάτροκλος εἰς Λῆμνον ἀγαγὼν ἀπεμπολᾷ. καὶ ἐκ τῶν λαφύρων Ἀχιλλεὺς μὲν Βρισηΐδα γέρας λαμβάνει, Χρυσηΐδα δὲ Ἀγαμέμνων. ἔπειτα ἐστι Παλαμήδους θάνατος καὶ Διὸς βουλὴ, ὅπως ἐπικουφίσει τοὺς Τρῶας Ἀχιλλέα τῆς συμμαχίας τῆς Ἑλληνικῆς ἀποστήσας, καὶ κατάλογος τῶν τοῖς Τρωσὶ συμμαχησάντων.

διαπρεσβεύονται πρὸς τοὺς Τρῶας] Fons Hom. Iliad. III. 205 sqq. cfr. Heyne ad l. Hom. & Jacobs ad Tzetz. Anteh. 154.

καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεὺς] In cod. Mon. desunt verba post Ἀχιλλεὺς usque ad Ἀχιλλεὺς κατέχει.

καὶ Τρωΐλον φονεύει] Cfr. Heyne excurs. XVII. ad Æn. I. & ad Iliad. XXIV. 257.

III.

DE CARMINIBUS CYPRIIS AD CYCLUM EPICUM REFERENDIS.

Carminum antiquissimorum argumenta illa, quæ supra commemoravimus, & ex quibus unum proposuimus id, quo nihil magis ad nostram rem illustrandam facit, vel eo nomine magni sunt momenti, quod nonnihil conferunt ad universam *Cycli epici* vim & rationem melius cognoscendam, quamquam vel sic omnis de hac re quæstio etiam nunc, postquam eam explanare conati sunt Schwarzius, Heynius & novissime Wüllnerus 1), tantis difficultatibus premitur, ut non multum a vero abhorreat id, quod ait Buttmannus (in add. ad Schol. Odyss. η, 115 p. 575): *meris conjecturis niti, non solum, quod de Cyclò affirmes, sed etiam, quod neges.*

Ac de universi quidem Cycli ratione, quæcumque veteres tradiderint, exponere, neque hujus est loci, neque, si esset, multo certiora haberemus afferre, quam quæ disseruit Wüllnerus, qui satis diligenter veterum scriptorum locos de Cyclo epico congessit. Sed quum ex viris doctis multi olim nostra

---

1) *Chr. Gott. Schwarz* de poetis cyclicis, Altdorf. 1714, repetit. in h. viri dissertt. selectis ab Harlesio editis p. 33-59; *Heyne* excurs. I. ad Virg. Æn. lib. II., in comment. de Apollodori bibl. p. XXX. sq. & ad Procli fragmenta in Bibl. d. alt. Litt. u. K. I. p. 45; *Wüllnerus* de cyclo epico poetisque cyclicis, Monaster. 1825, 8.

carmina ad cyclica referenda esse negaverint, recentiores vero scriptores, quasi nullus dubitationi locus sit, cyclicis adnumeraverint, utra sententia potior censenda videatur, age, paucis perpendamus.

Ac primum quidem de tempore, quo cyclus epicus constitutus sit, magna controversia est, quum nihil de hac re veterum scriptis consignatum reperiatur. Wüllnerus p. 12 sq. cyclum epicum vix post Ol. LX., certe ante Hellanicum, constitutum fuisse putat, motus Procli verbis in vita Homeri extr. *Γέγραφε δὲ ποιήσεις δύο, Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν, ἣν Ξένων καὶ Ἑλλάνικος ἀφαιροῦνται αὐτοῦ· οἱ μέντοι γε ἀρχαῖοι καὶ τὸν κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν.* Sed Wüllnerum fugisse miror id, quod ostenderunt Sturzius (comment. de Hellanico §. 10 & ad fragm. 146) atque Thierschius (act. phil. Monac. Vol. II. pag. 578 sqq.), hoc loco non Hellanicum, antiquissimum historicum, sed Hellanicum grammaticum intelligendum esse 2). Quod vero idem Wüllnerus Aristotelem quoque suæ opinioni suffragari ait eo, quod cycli, tamquam rei notissimæ, mentionem faciat, obscurissimi illi loci, ad quos provocat, Analyt. post. I. 9 (c. 12 §. 10 Buhle) & Sophist. Elench. I. 9 (c. 10 §. 6 B.), quomodo de cyclo epico explicari possint, fateor equidem, me non videre; neque Aristoteles aliis locis, ubi de poetis, qui cyclici habentur, disputat, hoc utitur nomine, sed iis nominibus, quibus singula carmina in

2) In eandem sententiam nuper disputavit *W. H. Grau* über die homerischen Chorizonten, in Rheinisches Museum I. 3. p. 204 sqq.

scripta erant [3]. Itaque cyclum epicum non ante Alexandrinorum grammaticorum ætatem constitutum esse puto, a quibus scriptores veteres in suas classes redactos esse constat [4]. Ipsius autem *cycli* nomen, quod Wüllnerus recentius esse dicit, equidem antiquissimum dixerim; nam Dionysius Milesius, qui belli Persici temporibus vixisse fertur, *κύκλον ἱστορικὸν* i. e historiam continuam scripsit [5].

Hoc igitur *Κύκλου* nomen quum ad alias collectiones, tum ad hanc epicorum carminum in unum quasi corpus historiæ mythicæ conjunctionem postea translatum est. Nam sic intelligendum esse cyclum epicum, docet Procli locus apud Photium l. c.: *Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου, ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως, ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας ἑκατοντάχειρας καὶ τρεῖς γεννῶσι Κύκλωπας, διαπορεύεται δὲ τά τε ἄλλως περὶ θεῶν τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. καὶ περατοῦται ὁ ἐπικὸς κύκλος, ἐκ διαφόρων ποιητῶν συμπληρούμενος, μέχρι τῆς ἀποβάσεως Ὀδυσσέως τῆς εἰς Ἰθάκην, ἐν ᾗ καὶ ὑπὸ τοῦ παι-*

3) Cfr. Aristot. A. P. c. 8 & c. 23.

4) Cfr. Ruhnkenii hist. crit. oratt. Græc. præmissa ed. Rutilii Lupi p. XCV. (T. VIII oratt. Reisk. p. 168 sqq.), Wyttenbach. vit. Ruhnk. opusc. Vol. I. p. 657 sqq., Beck de philologia seculi Ptolemæorum, Lips. 1818, 4.

5) Suidas h. v. & Eudocia Viol. p. 129. Cfr. Wüllnerum p. 8 sq., qui tamen hunc cum Dionysio Samio confundit, de qua re infra c. V. sermo erit. Etiam Phaÿlli cyclum commemorat Aristot. Rhetor. III. c. 16 §. 7 Buhle, quamquam ibi aliæ edd. habent *Κύκλωπα*.

δὸς Τηλεγόνου ἀγνοοῦντος κτείνεται. λέγει δὲ, ὡ(ς) τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπου- δάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν ὡ(ς) διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. Hin(c) recte Fr. Aug. Wolfius Prolegg. ad Hom. p. 127. *cy- clum epicum fuisse* ait *multorum* ἐπῶν, *ab initi(o) rerum usque ad mortem Ulyssis deductorum, colle- ctionem, omnem prope fabularem historiam perpetu(a) et naturali serie complectentem.* Antiquissimos au- tem poetas cyclicos fuisse, testatur Clemens Alexan- drinus 6), neque fortasse aliam ob causam nonnulli totum cyclum ad Homerum retulerunt 7), quam quod carmina ea, quæ cyclum efficiebant, & quorum *aucto- res* multorum latebant, antiquissima esse constabat.

Verum omniane antiquissima carmina in cyclum epicum retulerint grammatici, de eo quæri potest. Nam præter epicum cyclum epicorum poetarum ca- nona quendam fuisse satis constat, in quem redigeban- tur *Homerus, Hesiodus, Pisander, Panyasis* & *A(n)- timachus* 8). Ex his Antimachus quidem recentio(r) Panyasis non adeo antiquus; Pisandri Heraclea nu(m) cyclica fuerit, dubitari potest, quum antiquior ferre- tur Heraclea Cinæthonis Lacedæmonii, qui Olymp. 1

6) Clement. Alex. Strom. lib. I. p. 333 C. Ἐν τοῖς πάνυ (πα)λαιοῖς τοὺς τοῦ Κύκλου ποιητὰς τιθέασι.

7) Cfr. Proclus in vit. Hom., Suidas voc. Ὅμηρος, Philo(po)nus ad Aristot. Analyt. post. fol. 34. b. ed. Ald.

8) Dionys. Halicarn. de vett. scriptt. censura Vol. V. p. sqq. Reisk., Quintil. Inst. Orat. X. I. 46 sqq., Pro(clus) apud Photium & in vit. Homer., Tzetz. ad Hesiodi init., Andronicus MS. in Bekkeri Anecdot. Gr. Vol. p. 1461. Cfr. Spalding. ad Quint. I. 4. 3.

floruisse dicitur [9]. *Hesiodum* e cyclicorum numero eximendum putat Wüllnerus (p. 37 cfr. p. 46) ob locum Eusebii Præp. Evang. I. 10. p. 30 D. *Ἔνθεν Ἡσίοδος οἵ τε κυκλικοὶ — Θεογονίας καὶ Γιγαντομαχίας καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας κ. τ. λ.* Sed hic locus, si quidquam valet, de theogonia tantum valet: alia carmina, Hesiodo tributa, v. c. *Ἠοῖαι μεγάλαι*, fortasse cyclica fuerunt [10]. De *Homero*, cui adeo totus cyclus a quibusdam tribuebatur, certiora exstant indicia. Nam primum Etymol. magnus p. 600 l. 9 hæc habet: *παρὰ τοῖς Κυκλικοῖς αἱ ψυχαὶ νεκάδες λέγονται*, ac tum exempli loco subjungit Homeri versum. Accedit, quod Proclus in carminibus cyclicis, res Trojanas celebrantibus, quorum argumenta affert, etiam Homeri Iliada & Odysseam, illam ante Æthiopida, hanc ante Telegoniam, ponit. Denique Schol. Odyss. π. 195 & ρ. 25 Buttm. *κυκλικὴ* commemoratur Homeri recensio, quód Boeckhius in not. ad prior. loc. recte interpretari videtur de ea Homeri editione, quæ in Cyclo i. e. cum poetis cyclicis ceteris circumferebatur; ea enim significatio, quam huic voc. subjicit Heinrich ibid. in addendis ad η, 115, p. 574, admodum dubia est (cfr. Buttm. ad l. c.).

Itaque, si Homeri carmina eo, quod aliquam historiæ fabularis partem celebrabant, in cyclicis fuisse videntur, eo magis hoc de Cypriis carminibus valere debet, quo magis id, quod Proclus aliique de Cycli-

9) Hieronym. in Chron. Euseb. ad Olymp. V., Schol. Apollon. Rhod. I. 1357. cfr. K. O. Müller *Dorier* II. p. 477 sq.

10) Cfr. Heinrich Prolegg. ad Hesiodi scut. Herc. p. L, quem sequitur Creuzerus hist. Kunst d. Griech. p. 31.

cis tradunt, in nostra cadit, quippe quæ perpetua quasi serie exposita continuerint belli Trojani primordia usque ad Achillis iram. Nostrorum autem carminum indolem historicam magis, quam epicam fuisse, quum ex argumento patet, tum diserte observat Aristoteles (A. P. c. 23), qui *Κύπρια ἔπη* & *μικρὰν Ἰλιάδα* tamquam ejusdem generis carmina Homerico generi opponit; parvam vero Iliada postea a grammaticis in Cyclo positam fuisse, quum veterum scriptorum testimoniis constet [11]), nostrorum carminum indolem, quo minus in carminum cyclicorum numero & ipsa essent, non obstitisse, vel inde intelligi potest.

Nihilominus nonnulli viri docti [12]) nostra carmina cyclica fuisse negarunt, eam unam ob causam, quod Proclus apud Photium ea a Cyclicis segregaverit, quum, post absolutam demum omnem de epico cyclo mentionem, hæc carmina tamquam diversa commemoraverit (*λέγει δὲ καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν ἐπικὸν κύκλον. λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων κ. τ. λ.*). At tamen non aperte hic nostra e cyclicis eximuntur, & quum ea, quæ attulimus, verba non ipsius Procli sint sed ejus, qui gravissima ex iis, quæ Procli libro continebantur, paucis verbis retulerit, illud argumentum haud multum per se valet, nisi alia accedant graviora quæ idem suadeant. At ea nulla sunt: contra cete-

11) Schol. ad Aristoph. Ἱππεῖς 1065 (1053). Cfr. Clemens Alex. Strom. I. p. 333 & Procli argum.

12) v. c. Schottus ad Photium l. c., Casaub. ad Athen. V 3, Salmas. ad Solin. p. 599 D., Schwarz de poet. cy p. 51.

omnia contrariam sententiam confirmare videntur. Nec quisquam mihi objiciat, Suidam quoque voc. Ὅμηρος inter carmina ad Homerum relata primum Κύκλον commemorare, deinde Κύπρια, tamquam a cyclo diversa, proferre; nam idem etiam separatim nominat Ἰλιάδα μικράν, quam in Cyclo fuisse supra ostendimus. Sed quomodo Photii verba explicanda sint, nunc apertissime intelligi potest ex nostrorum carminum argumento, cujus initio hæc leguntur: Τὰ Κύπρια — ὧν περὶ τῆς γραφῆς ὕστερον ἐροῦμεν, ἵνα μὴ τὸν ἑξῆς λόγον ἐμποδίζωμεν. Quum videlicet a Proclo, finita de universo cyclo & de cyclicorum carminum argumentis quæstione, quædam de carminum Cypriorum auctore addita essent, Photius hæc eodem, quo a Proclo relata inveniebat, loco commemoravit.

IV.

FRAGMENTA.

Carminum Cypriorum *fragmenta*, quæ haud adeo multa supersunt, quum varii generis sint, neque omnia satis certa, ita disponere in animo est, ut primum de illis agamus, quorum sedes, quæ fuerit, ex Procli argumento atque ex ipsorum fragmentorum verbis perspici possit; deinceps illa afferamus, quorum sedes dubia & obscura sit; tum dubiæ fidei fragmenta attingamus; denique de Latinis fragmentis quædam addamus.

A.

1.

Schol. Iliad. I. 5. Φασὶ τὴν γῆν βαρουμένην ὑπ' ἀνθρώπων πολυπληθείας, μηδεμιᾶς ἀνθρώπων οὔσης εὐσεβείας, αἰτῆσαι τὸν Δία κουφισθῆναι τοῦ ἄχθους· τὸν δὲ Δία πρῶτον μὲν εὐθὺς ποιῆσαι τὸν Θηβαϊκὸν πόλεμον, δι' οὗ πολλοὺς πάνυ ἀπώλεσεν· ὕστερον δὲ πάλιν, συμβούλῳ τῷ Μώμῳ χρησάμενος, ἣν Διὸς βουλὴν Ὅμηρός φησιν, [ἐπειδὴ] οἷός τε ἦν κεραυνοῖς ἢ κατακλυσμοῖς πάντας διαφθεῖραι· ὅπερ τοῦ Μώμου κωλύσαντος, ὑποθεμένου δὲ αὐτῷ τὴν Θέτιδος θνητογαμίαν καὶ θυγατέρος καλῆς γένναν, ἐξ ὧν ἀμφοτέρων πόλεμος Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἐγένετο, ἀφ' οὗ συνέβη κουφισθῆναι τὴν γῆν, πολλῶν ἀναιρεθέντων. *) ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Στασίνῳ τῷ τὰ Κύπρια πεποιηκότι, εἰπόντι οὕτως·

*) Locus sine dubio corruptus, quem sanare non possum.

Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμεν' ἀνδρῶν
βαθυστέρνου πλάτος αἴης.
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσιν
σύνθετο κουφίσσαι ἀνδρῶν παμβώτορα γαῖαν,
ῥιπίσσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο,
ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος· οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ
ἥρωες κτείνοντο· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῖς νεωτέροις ἱστορούμενα περὶ τῆς τοῦ Διὸς βουλῆς ἐστὶ τάδε.

Ita emendatius legitur hoc fragmentum ad calcem Odysseæ Wolfianæ, quum vulgo inde ab ed. principe scholiorum Rom. 1517 fol. sic exhiberentur septem illi versus:

Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμενα.
βαθυστέρνου πλάτος αἴης.
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν,
ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο,
ὄφρα κενώσειε θανάτῳ βάρος· οἱ δ' ἐνὶ Τροίῃ
ἥρωες κ. τ. λ.

Vs. 1. Ἀνδρῶν, quod Wolfii supplementum esse putat Wüllnerus p. 70, jam addiderunt Barnesius & Wassenberghius nott. ad Schol. lib. I. & II. Iliad. p. 135. Versum 4 male claudicare, recte intellexit Wassenb. l. c., qui pro ἀνθρώπων legendum censuit θνητῶν ex Euripid. Orest. 1637 Matth.; sed facillima est Wolfii emendatio, quum ἀνήρ & ἄνθρωπος sæpius in libris MSS. confundantur (Dionys. Halicarn. Antiqq. VI. 70. Vol. II. p. 1199 Reisk. cfr. Porson. supplem. ad præf. Eurip. Hecub. p. LVII. ed. Schaeferi tert.). Quæ præterea in his versibus a VV. DD. tentata sunt, leviora

sunt. I. N. Loensis Epiphyll. IV. 3. in Gruteri Lamp. crit. T. V. supplem. p. 401 fragmenti initium hoc profert:

Ἦν ὅτε μυρία φῦλα
κατὰ χθόνα λανήμενα πλαζόμενα βαθυστέρνου
πλ. α.

quod quid sibi velit, aut unde ductum sit, non liquet, atque haud scio, an typographico vitio mirus hic versus natus sit; nam Wassenbergh. versum ait sic a Loensi afferri:

κατὰ χθόνα πεπλανημένα βαθυστέρνου πλ. α.

Verum ne sic quidem salvo metro salvaque sententia stare potest versus. Præterea Wassenbergh. ob metrum aorist. κουφίσαι & ῥιπίσας in κουφίζειν & ῥιπίζων mutavit, & vs. 6. pro θανάτῳ sine causa intulit θανάτοις ex Eurip. Orest. 1636. Barnesius *versuum deliquia* οἴκοθεν, ut ait, sic supplevit:

Ἦν ὅτε μ. φ. κ. χθ. πλ. ἀνδρῶν
παμπληθεὶ σκεπάσαντο βαθ. π. α.

quod attulisse sufficiat. Nuperrime autem fragmentum nostrum sic restituere conatus est Baumgarten-Crusius in Jahni Jahrb. für Philol. und Pädag. Vol. IV. fasc. 1. p. 13.

Ἦν ὅτε μ. φ. κ. χθόνα (πουλυβότειραν)
πλαζόμενα (στρωφᾶτο) βαθυστ. πλ. αἴης.
Ζεὺς δὲ ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν π. πραπ.
ξύνθετο κουφίσσαι (μερόπων) π. γαῖαν,
ἰσριπίσας (v. ἐῤῥιπίσας) π. μ. ἔριν Ἰλ.,
ὄφρα κ. τ. λ.

quam emendationem quum alia premunt incommoda, tum illud, quod μερόπων vocabulum non ante Ana-

ereontem substantive positum invenitur, cfr. Ruhnk. ep. crit. I. p. 85, Wernicke ad Tryphiodor. p. 275.

Si jam ad rem ipsam nos convertimus, omnia, quæ hoc scholio narrantur, a Cypriorum carminum poeta tradita fuisse, equidem mihi persuadere non possum. Thetidis nuptias & Helenæ natales commemorasse nostrum, ex fragmentis, quæ infra afferam, patet. Sed quod de bello Thebano ob hominum multitudinem & impietatem orto tradit scholiastes, atque imprimis illud de Momi in bello Trojano suadendo partibus, ex recentioribus scriptoribus petitum videtur. Momus enim, qualis hic describitur, nusquam in antiquorum Græcorum scriptis commemoratur; apud Hesiod. Theog. 214 nihil nisi calumnia, invidia aut querela est, persona induta, ut recte observavit Fr. Aug. Wolfius, eaque, quæ de ejus cavillatione & sermonibus in Olympo a Luciano aliisque narrantur, posteriore demum ætate & fortasse magnam partem ab ipso Luciano excogitata sunt. In Cypriis vero carminibus, ut ex Procli argumento comperimus, Jupiter de Trojano bello deliberasse dicebatur non cum Momo, sed cum Themide, quod nomen, quamquam conjectura tantum nititur, certissima tamen nititur conjectura; nam alibi quoque Θέτιδος & Θέμιδος nomen in codd. confusum deprehendimus v. c. Apollodor. III. 3. 5., & ad Themida etiam alii scriptores has partes referunt. Jupiter enim & Neptunus (alii Apollinem addunt) Thetidis amore flagrasse feruntur: sed quum a Themide monerentur, esse in fatis, fore, ut Thetis filium patre meliorem pareret, dii, ne regno ipsi pellerentur, metuentes, mortalem ei maritum dedisse dicuntur. (Pin-

dar. Isthm. VII. 28 sqq. Boeckh., Apollodor. III. 13. 5., Tzetz. ad Lycophr. 178.) Alii, Jovem solum, Thetidem, ejus amplexus fugientem, insecutum, sed Themidis aut Promethei monitu ab ejus consuetudine deterritum esse aiunt. (Apollodor. & Tzetz. ll. cc., Apollon. Rhod. IV. 800 sqq., Quint. Smyrn. V. 338, Schol. Homer. Il. I. 519., Hygin. fab. 54. cfr. Æschyl. Prometh. 909 sqq. Well., Eudoc. Viol. p. 226.) De Momo vero, ut dixi, altum apud antiquiores scriptores silentium. Neque quemquam hac in re Eustathii testimonium (ad Il. A. p. 15 l. 41 sqq.) moveat; hic enim, quæ de Momo refert, ea manifesto ex scholiis ad Homeri loc. depromsit, & quod Euripidem *citat* auctorem, id non nisi ad fabulam de levata terra pertinet: quam fabulam nostra carmina secutus Euripides aliquoties tetigit, impr. in Oreste vs. 1633 sqq.

"Ἄλλην δὲ νύμφην ἐς δόμους κτῆσαι λαβών,
ἐπεὶ θεοὶ τῷ τῆσδε καλλιστεύματι
"Ἕλληνας εἰς ἓν καὶ Φρύγας ξυνήγαγον,
θανάτους τ' ἔθηκαν, ὡς ἀπαντλοῖεν χθονὸς
ὕβρισμα θνητῶν, ἀφθόνου πληρώματος.

ex quo loco illud petitum videtur, quod in scholio Hom. de hominum impietate dicitur (cfr. Schol. Guelph. & Baroc. ad l. Eur.). In antiquissimis enim carminibus nullum illius impietatis vestigium reperitur; contra apud Homerum heroum ætas pia describitur, & singulari religione deos colens, atque in præclaro illo fragmento, quod Hesiodi operibus & diebus insertum legitur vs. 155 sqq., de viris, qui in bello Thebano & Trojano versati sunt, similia prædicantur. Cum

nostro fragmento etiam conferendus est idem Euripid. in Helen. 38 sqq.

Πόλεμον γὰρ εἰσήνεγκεν Ἑλλήνων χθονὶ
καὶ Φρυξὶ δυστήνοισι, ὡς ὄχλου βροτῶν
πλήθους τε κουφίσειε μητέρα χθόνα,
γνωτόν τε θείη τὸν κράτιστον Ἑλλάδος.

Denique observandum est, fabulam de terra levata Chrysippum quoque in libro tertio περὶ Θεῶν Euripide duce attigisse; vide Plutarch. stoic. repugn. c. 32. T. II. p. 1049 B. (T. V. p. 275 Wyttenb.) cfr. Valcken. ad Herod. II. 120 p. 158.

2.

Clemens Alexandrinus Protrept. p. 19 *Προσίτω δὲ καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας·*

Κάστωρ μὲν θνητὸς, θανάτου δέ οἱ αἶσα πέπρωται·
αὐτὰρ ὅ γ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος.

Versu 1 pro δέ fortasse τέ legendum censet Wüllnerus, sine causa; sæpe enim non adversandi, sed explicandi vim habet δέ, ut fere idem sit ac καὶ v. γάρ. cfr. Matthiæ Gr. Gr. §. 616 p. 1244 ed. alt., §. 622 p. 1261. Oppositio altero demum versu fit per αὐτάρ.

Hi versus cum fragmento de Helenæ natalibus, mox afferendo, cohærere videntur, ideoque hoc loco a me positi sunt. Castor mortalis dicitur, quippe Tyndareo, mortali patre, natus, Pollux autem immortalis, quod Jove satus erat. Neque tamen de hac re consentiunt veteres. Apud Homer. Odyss. XI. 299 uterque Tyndarei filius dicitur; Hesiodus autem utriusque patrem Jovem prædicavit, teste Schol. Pindar.

Nem. X. 150, eumque secutus est Euripid. Helen. 1680, nisi forte hic utrique tribuit id, quod ad alterutrum tantum pertineret, quemadmodum etiam Theocrit. Idyll. XXII. 1 & 137 coll. vs. 95 & 136. Pindarus nostra carmina secutus est Nem. l. c. Varias de hac re fabulas vid. Tzetz. ad Lycophr. 87; cfr. intt. ad Hygin. fab. 77 & Heyne ad Apollodor. III. 10. 7.

3.

Athenæus lib. VIII. p. 334. C. (T. III. c. 10. p. 231 Schw.) *Οὐ λανθάνει δέ με — ὅτι ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη — τὴν Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ Διὸς καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφουμένην, διὰ τούτων·*

Τοὺς δὲ μετὰ τριτάτην Ἑλένην τέκε, θαῦμα βροτοῖσι·
τήν ποτε καλλίκομος Νέμεσις φιλότητι μιγεῖσα
Ζηνὶ, θεῶν βασιλῆι, τέκε κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.
φεῦγε γὰρ, οὐδ' ἔθελεν μιχθήμεναι ἐν φιλότητι
πατρὶ Διῒ Κρονίωνι· ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ.
καὶ Νέμεσις κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ
φεῦγε, Ζεὺς δ' ἐδίωκε· λαβεῖν δ' ἐλιλαίετο θυμῷ·
ἄλλοτε μὲν κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἰχθύϊ εἰδομένη πόντον πολὺν ἐξορόθυνεν·
ἄλλοτ' ἀν' Ὠκεανὸν ποταμὸν καὶ πείρατα γαίης,
ἄλλοτ' ἀν' ἤπειρον πολυβώλακα. γίγνετο δ' αἰεὶ
θηρί' ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει, ὄφρα φύγοι νιν.

Hoc fragmentum, sive verba, sive rem narratam spectes, haud paucis difficultatibus impeditum est. Jam primum, quo illud *τέκε* vs. 1 referendum sit, haud facile est decernere, quum in antecedentibus ver-

sibus, qui interciderunt, Jovisne, an Ledæ, an alius cujusdam personæ mentio facta sit, lateat. Quodsi de Jove sermo fuerit, hoc vocabulum vertendum est: *procreavit, genuit,* quam sententiam amplexus est Schweighaeuserus & probare videtur Wüllnerus p. 72, qui etiam τοὺς pro τοῖς legend. censet. Neque raro de mare dictum reperitur τίκτειν apud Homerum, v. c. Il. XV. 198, XXI. 188, XXII. 421, 485, XXIV. 493, 540, Odyss. XV. 243, XVI. 118 sq., XVIII. 322, XIX. 181. Sed huic rationi obstare videtur illud, quod Pollux tantum Jovis filius dicitur, Castor non item, qui quidem ex nostris carminibus morti obnoxius fuit (vide fragm. II.). Itaque Jupiter non bene dici potuit τίκτειν Helenam tertiam. Præterea mira sit loquendi ratio de patre τοῖς μετὰ — τέκε, sive scribas τοῖς μέτα, sive cum τέκε jungas μετά. Quæ quum ita sint, de Leda τέκε interpretari præstat, quod quomodo intelligendum sit, infra explicabimus. Recte vero Wüllnerus τοὺς μέτα scribendum esse sensit, quem casum perpetua epicorum consuetudo flagitat.

Vs. 5. καὶ Νέμεσις κατὰ γῆν] Sic jam emendavit Hadr. Junius animadv. I. 15, in Gruteri Lampad. crit. T. IV. p. 337 sq., quum vulgo olim legeretur:

αἰδοῖ,
καὶ Νεμέσει κατὰ τῆνδε καὶ.

Iunii emendationem amplectitur Casaub. in animadvers. ad Athen. VIII. cap. 3, quum antea diu sibi placuisse dicat:

αἰδοῖ,
καὶ νεμέσει καὶ τόνδε κατ' ἄτρ.

Schweighaeuserus minus grata nominis repetitione offensus conjecit *καὶ ἥ μὲν κατά*, quod audacius factum videtur, neque omnino necessarium.

Vs. 9. *ἰχθύϊ εἰδομένη*] Vulgo *εἰδομένην*; sed *εἰδομένη* correxerunt Joach. Camerarius problem. Decur. IV. 2. in Gruteri Lamp. T. IV. p. 127, & Junius l. c., quam emendationem probat Schweigh., quod rectius *ἐξορόθυνεν* ad Nemesin referatur, quum *γίγνετο* ad Nemesin haud dubie pertineat. Neque equidem hanc conjecturam, quæ & facilis est, & codicis Laurentiani haud spernenda auctoritate firmatur, recipere dubitavi, quum vulgata lectio satis difficilem per se constructionem efficiat duriorem, quam quæ ferri possit. Ad *ἄλλοτ' ἄν'* ex versu 7 repetendum *φεῦγεν*, quod inest in *ἐξορόθυνεν*. Quod autem Schneiderus in Lex. scribit, hujus loci sensum flagitare *ἐξερεείνων*, non *ἐξοροθύνων* (sic enim legit, sive Wakefieldium secutus, qui ita conjecerat silv. crit. P. IV. p. 99., sive suopte ingenio): hoc quanam tandem inductus ratione contenderit vir clarissimus, haud assequor, quum *movendi* s. *excitandi* significatio perbene in hunc locum quadret, quam eandem hujus verbi vim confirmat Hesychii glossa *ἐξοροθύνει· παρορμᾷ*.

Vs. 10. *ἀν' Ὠκεανόν*] Sic post Camerar. & Junium Casaub., quem secutus est Schweigh. Vulg. *ἂν Ὠκεανόν* & vs. sequente *ἀλλ' ὅτ' ἂν ἤπειρον*.

Vs. 12. *θηρί' ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει*] Casaub. *θηρία ὅσσ' ἤπειρος ἀνατρέφει*. Sed quum codd. & ed. princeps habeant *αἰνὰ τρέφει*, hinc Schweighaeuserus emendavit *θηρί' ὅσ' ἤπειρος αἰνὰ τρέφει*, quum

ultimam voc. *ἤπειρος* syllabam, utpote in cæsura versus positam, produci posse existimarit. Hanc lectionem recepit Dindorfius, quem secutus sum.

Redeamus nunc ad versum primum, ubi *ἔτεκε* de Leda interpretandum esse significavimus. Cui sententiæ obstare videtur Eustathii locus ad Il. ψ p. 1442. 34.: *Τὸ δὲ ζητεῖν, ἐξ ὁποίου ᾠοῦ οἱ Διόσκουροι, — μῦθος ἂν φιλοίη· ὅς οὐδὲ τὴν Λήδαν ἀφίησιν εἶναι αὐτοῖς μητέρα, λέγων, διὰ τοῦ ποιήσαντος τὰ Κύπρια, ὅτι Διοσκούρους καὶ Ἑλένην ἡ Νέμεσις ἔτεκεν· ἡ διωκομένη, φησὶν, ὑπὸ Διὸς μετεμορφοῦτο.* Verum Eustathius sæpissime, quæ ex Athenæo deprompsit, ea, sublato auctore, ita affert, quasi ipse carmina illa antiqua legerit: quod etiam hoc loco factum esse existimo, & male factum; nam fragmenti argumentum, posterius tantum *ἔτεκε* de Nemesi intelligendum esse, planissime ostendit. Sine dubio vero Eustathius ne ipsum quidem Athenæum compilavit, sed ejus epitomatorem, qui post verba *καὶ εἰς ἰχθῦν μεταμορφουμένην* addit: *ἡ Διοσκούρους καὶ Ἑλένην ἔτεκε:* quod idem recentissimi grammatici tradunt (Schol. Callimach. hymn. in Dian. 232; cfr. Theon. ad Arati Phænom. 279, impr. Schol. codicis Mosquensis in ed. Buhlii), quum in antiquioribus litterarum monumentis nullum hujus rei sit vestigium.

Si jam de Leda *ἔτεκε* intelligimus, restat gravissima eademque difficillima quæstio, quanam ratione Helenam *τίκτειν* dici possit Leda, quum Nemesis eodem hoc fragmento Helenæ mater perhibeatur. Quum diversæ sint veterum de hac fabula narrationes, neque ex ipso fragmento quidquam, quod certum sit, con-

cludi possit, paucis, quid antiquiores scriptores de Helenæ natalibus tradiderint, exponam, unde fortasse, quod probabile sit, extricari possit. Atque, ut ab Homero ordiar, Ledam ille Helenæ matrem dicit (Il. III. 238, coll. Odyss. XI. 299 sq.), sed Jovem patrem (Il. III. 426, Odyss. IV. 219, 569), eumque sequuntur quum alii, tum Euripides (Helen. 638, cl. vs. 616 & 1644), ita tamen, ut Ledam a Jove cycni specie deceptam (Orest. 1371 sq., Iphig. Aul. 783 sqq., Helen. 18 sq. 214 sqq. 1144 sqq.) ovum peperisse dicat, unde egressa sit Helena (Helen. 258). In alia omnia transierat Hesiodus, qui Helenam Oceani & Tethyos filiam dixerat (Schol. Pindar. Nem. X. 150). Noster autem poeta, aliam videlicet famam secutus, primus fabulam de Nemesi, Helenæ matre, carminibus suis mandasse videtur: cujus fabulæ quæ sit origo & vis, facile patet. Quid enim aliud significat, nisi hoc, ad Trojanorum insolentiam & superbiam puniendam a diis immissam esse Helenam, quæ Ilii exitium efficeret (cfr. Camerar. problem. Decur. IV. 2). Ex nostris carminibus hanc fabulam sumserunt alii, tum poetæ, tum prosæ orationis scriptores, varieque exornarunt; quorum si antiquissimi quique carmina Cypria maxime secuti sunt, hæc carmina jam illam de Jove in cycnum mutato & de Helena ex ovo exclusa fabulam commemorasse conjici potest. Sappho enim Ledam ovum invenisse cecinit, ut patet ex fragmento (fr. LVIII. Blomf.) apud Eymol. magn. voc. Ὠόν & in Zonaræ Lex. p. 1879:

Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθινον
πεπυκαδμένον ὤιον εὑρεῖν.

quod idem fragmentum, omissis nonnullis verbis, affert Athen. II. 50 Schw. & ex eo Eustath. ad Odyss. *Λ* p. 437, 47. In fragmento fabulæ Cratini, quæ inscripta erat *Νέμεσις*, apud Athen. IX. c. 16, Deorum, puto, aliquis, fortasse Mercurius (cfr. Hygin. fab. astron. II. 8), Ledæ præcipit, ut gallinæ ritu ovum fovens, inde pulchrum & admirabilem excludat pullum. Nemesin illud ovum peperisse, ex Cratete tradit Eratosthenes *Καταστερισμ.* XXV. *Τὴν δὲ (Νέμεσιν) τεκεῖν ᾠὸν, ἐξ οὗ ἐκκολαφθῆναι καὶ γενέσθαι τὴν Ἑλένην, ὥς φησι Κράτης ὁ ποιητής.* Sed quod suspicatus eram, id Koppiersium perspexisse postea vidi (observ. philol. p. 120), *Cratetis* nomen, sive auctoris, sive librariorum vitio, h. l. irrepsisse pro *Cratino*. Similis utriusque nominis confusio aliis in locis sæpius deprehenditur: vide Heringæ observ. critt. c. 32 p. 295 & A. Meineke quæstion. scenicar. specim. prim. p. 23. Quodsi codicum hoc est vitium, satis antiquum est vitium; nam scholiastes Germanici Arat. 273, qui hæc Eratosthenica vertit, & Eudocia Viol. p. 317, quæ Eratosthenem exscripsit, Crateta auctorem laudant. Hanc de Nemesi, Helenæ matre, & Leda, ejus nutrice, famam respexisse Phidiam, qui in basi Nemeseos a se sculptæ Helenam fecerit a Leda ad Nemesin deductam, observat Pausan. I. 33. 7. *Ἑλένῃ*, inquit, *Νέμεσιν μητέρα εἶναι λέγουσιν Ἕλληνες, Λήδαν δὲ μαστὸν ἐπισχεῖν αὐτῇ καὶ θρέψαι· πατέρα δὲ καὶ οὗτοι καὶ πάντες κατὰ ταὐτὰ Ἑλένης Δία καὶ οὐ Τυνδάρεων εἶναι νομίζουσι. ταῦτα ἀκηκοὼς Φειδίας πεποίηται Ἑλένην ὑπὸ Λήδας ἀγομένην παρὰ τὴν Νέμεσιν.* Fabulam de Jove, cycni

specie cum Nemesi congresso, a tragicis commemoratam fuisse, inde patet, quod in *Τραγῳδουμένοις* Asclepiadæ ejus mentio facta erat, teste Schol. Hesiod. Theog. 223; cfr. Werfer de Asclepiadæ Tragil. reliqq. in actt. philol. Mon. T. II. p. 530 sqq. & p. 556. Etiam Isocrates, principum Tragicorum ætati suppar, in cycnum mutatum Jovem primum Nemesin, deinde Ledam decepisse tradit (Encom. Helen. §. 59 Bekker.).

Hæc veterum scriptorum testimonia si cum iis jungimus, quæ ipso nostro fragmento continentur, *fabulam de Helenæ natalibus a poeta nostro ita fere informatam* fuisse verisimile est, ut eam exhibuit Apollodorus bibl. III. 10. 7., qui, additis nonnullis ornamentis, fortasse ipsa nostra carmina, aut antiquum scriptorem, qui nostra secutus est (cfr. infr. cap. V), ante oculos habuisse videtur, quum hæc scriberet: *Λέγουσι δὲ ἔνιοι, Νεμέσεως Ἑλένην εἶναι καὶ Διὸς· ταύτην γὰρ, τὴν Διὸς φεύγουσαν συνουσίαν, εἰς χῆν τὴν μορφὴν μεταβαλεῖν· ὁμοιωθέντα δὲ καὶ Δία κύκνῳ, συνελθεῖν· τὴν δὲ ᾠὸν ἐκ τῆς συνουσίας ἀποτεκεῖν. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ἄλσεσιν εὑρόντα τινα ποιμένα, Λήδᾳ κομίσαντα δοῦναι· τὴν δὲ, καταθεμένη εἰς λάρνακα, φυλάσσειν· καὶ χρόνῳ καθήκοντι γεννηθεῖσαν Ἑλένην ὡς ἐξ αὐτῆς θυγατέρα τρέφειν.* De altero vero ovo, quod ipsa Leda partu ediderit, num quid in nostris carminibus exstiterit, neque ex fragmento dijudicari potest, neque magnopere ad hanc de Nemesi, Helenæ matre, quæstionem pertinet. Neque tamen improbabile est, Horatianum illud (A. P. vs. 147): *Nec gemino bellum Trojanum orditur ovo* in nostra carmina dictum esse, quibus certe q

dam de Castoris & Pollucis natalibus continebantur (fragm. II.).

Itaque, ut eo revertamur, unde oratio nostra deducta est, τέκε illud dictum videtur de Leda, tamquam altera Helenæ matre, quæ eam ex ovo excluserit, atque ut suam foverit alueritque: ut τίκτειν h. l. fere idem valeat quod ἐκκολάπτειν, ἐκγλύφειν, ἐκλεπίζειν. Ceterum hæc fabula posterioribus temporibus varie exornata & mirum in modum mutata est; vide Hygin. fab. astron. II. 8., Tzetz. ad Lycophr. 87; cfr. Hadrian. Junium l. c., interpp. ad Hygin. fab. 77, Perizon. ad Ælian. V. H. IV. 5 & Heynium ad Apollodor. l. c. Ex his Junius eandem Ledam putat ac Nemesin, *eamque post mortem Nemesin transnominatam fuisse;* sed quæ ad hanc opinionem probandam affert, commenta sunt infimæ ætatis scriptorum, atque ex male ab his intellectis veterum locis pleraque repetenda. Ita, quæ habet Schol. Germanici voc. *Cycnus: "Cycnum dicunt inter astra constitutum, quod Jupiter in cycnum transfiguratus evolaverit a ramum* (leg. *Rhamnunta*, ut jam observarunt Junius l. c. & Muncker. ad Hygin. fab. 77) *Atticæ regionis, ibique compresserit Nemesin, quæ et Leda dicitur (ut refert Crates comoediarum scriptor), quæ enixa est ovum, unde nata est Helena,"* hæc e Eratosthenis (sive malis, incerti auctoris, vide Bernhardy Eratosthenic. p. 114 sqq.) Catasterismis c. detorta esse, quis est, qui non videat? Attamen verbis Græci scriptoris, supra laudatis, non Ledam & Nemesin eandem dixisse comicum apparet, sed primis de Helenæ ex ovo origine Eratostheni au-

ctorem fuisse hunc poetam. Nec melioris notæ est id, quod affert auctor homiliæ Clementinæ V. c. 13 (Patr. Apost. Cotelerii Vol. I. p. 659): *Μεσίτῃ* (leg. *Νεμέσει*, ut emendi editor) *τῇ Θεσπίου τῇ καὶ Λήδᾳ νομισθείσῃ, κύκνος ἢ χὴν γενόμενος, Ἑλένην ἐτεκνώσατο. καὶ αὖθις ἀστὴρ γενόμενος, Κάστορα καὶ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν.* Quod autem Nemesin Rhamnunte, pago Attico, compressam fuisse, tradit auctor *Καταστερισμῶν*, in eo consentire videtur Callimachus hymn. in Dian. 232, Helenam Rhamnusida dicens (vide ibi schol.); nisi ita vocatam Helenam malis, quod Nemesi, cui *Rhamnusia* frequens epitheton, nata esset. Denique quod affert Schol. Euripid. Orest. 1371 *Τινὲς δὲ τὸ ὀρνιθόγονον ἐπὶ τῆς Λήδας ἐξεδέξαντο· φασὶ γὰρ αὐτὴν εἰς Νέμεσιν μεταβληθεῖσαν οὕτω συνελθεῖν τῷ κύκνῳ*, equidem, quid sibi velit, haud assequor.

4.

Schol. Homer. Iliad. XVI. 140. *Κατὰ τὸν Πηλέως καὶ Θέτιδος γάμον οἱ θεοὶ συναχθέντες εἰς τὸ Πήλιον ἐπ' εὐωχίᾳ ἐκόμιζον Πηλεῖ δῶρα, Χείρων δὲ μελίαν εὐθαλῆ τεμὼν εἰς δόρυ παρέσχεν· φασὶ δὲ Ἀθηνᾶν μὲν ξέσαι αὐτὸ, Ἥφαιστον δὲ κατασκευάσαι. τούτῳ δὲ τῷ δόρατι καὶ Πηλεὺς ἐν ταῖς μάχαις ἠρίστευσε καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχιλλεύς. ἡ ἱστορία παρὰ τῷ τὰ Κύπρια ποιήσαντι.*

In plerisque his nostro præivit Homerus, qui deorum frequentiam in Pelei & Thetidos nuptiis commemorat Il. XXIV. 60 sqq. (cfr. Pindar. Pyth. III. 84 sqq., Euripid. Iphig. Aul. 1025 sqq., Apollo

Rhod. IV. 807). Apud eundem Il. XVIII. 84 sqq. Achilles arma sua, ab Hectore Patroclo exuta, a diis Peleo nuptiarum die dono data narrat. Maxime inter divina illa munera celebrantur immortales Achillis equi, a Neptuno Peleo oblati, Il. XXIII. 277, cfr. XVI. 867, XVII. 443. Denique de hasta fraxinea, a Chirone donata, narrationem noster exornavit ad Il. XVI. 140 sqq., XIX. 387 sqq.

Ἐκ δ' ἄρα σύριγγος πατρώϊον ἐσπάσατ' ἔγχος,
βριθὺ, μέγα, στιβαρόν —
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

Cfr. Heynium ad Apollodor. III. 13. 5.

5.

Pausanias X. 26. *Λέσχεως καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ.*

De Æneæ uxore vide Heynium excurs. XIV. ad Virg. Æn. lib. II. De universa Polygnoti pictura, cujus singulas partes Pausanias l. c. aliquoties cum antiquis carminibus comparat, post Caylum: description de deux tableaux de Polygnote, donnée par Pausan, in hist. de l'acad. des inscript. T. XXVII. p. 34-54, optime disputavit Böttigerus in Ideen zur Archäologie der Malerei p. 296 sqq.

6.

Herodotus II. 117. *Κατὰ ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα, καὶ τόδε [τὸ χωρίον] οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα, δηλοῖ ὅτι οὐκ Ὁμήρου τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός. ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς τριταῖος*

ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ· ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν.

Hinc Eustathius ad Il. Z. p. 503. 11. Ὁ δὲ τὰ Κύπρια ποιήσας λέγει, ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀφίκετο εἰς τὸ Ἴλιον ἄγων Ἑλένην, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάττῃ λείᾳ. Herodotum poetæ ipsius dictionem expressisse videri, recte sine dubio judicavit Wesseling. ad Herod. l. c., qui de voc. εὐαής confert Sophocl. Philoct. 822 (828*Br.*). Wesselingii sententiam secutus Heynius ad Il. VI. 290 unius versus partem sic eruit:

— πνεύματι χρησάμενος λείῃ τε θαλάσσῃ.

Longius progressus Friedemannus in comment. in Strabon. T. I. p. 336 not. tres versus ex nostro fragmento exsculpsit hoc modo:

Σπάρτηθεν δὲ τριταῖος Ἀλέξανδρος [θεοειδής]
Ἴλιον εἰσαφίκανεν, ἄγων Ἑλένην [Ἀργείην]
Εὐαεῖ τ' ἀνέμων πνοιῇ, λείῃ τε θαλάσσῃ.

De εὐαεῖ conferri jubet, quæ monuerit in dissert. de media syllaba Pentametri Græc. ad calc. comment. Spitzneri de versu Græcor. heroico p. 364.

Si hoc fragmentum cum Procli argumento comparamus, magnopere alterum ab altero dissentire deprehendimus. Proclus enim: χειμῶνα δὲ αὐτοῖς ἐφίστησιν Ἥρα· καὶ προσενεχθεὶς Σιδῶνι ὁ Ἀλέξανδρος αἱρεῖ τὴν πόλιν. Heynius l. c. totum caput non Herodoti esse, sed serius illatum putat; idemque sentit Borheckius, uterque sine causa: neque hoc difficultatem tollit, quum eadem discrepantia maneat, sive

Herodotus hæc scripsit sive alius quispiam. Potius cum Wüllnero statuendum, argumenti verba, nuper commemorata, ab eo esse profecta, qui ἐκλογὰς illas confecerit, & qui carmina Cypria cum Homeri narratione congrua facere voluerit: nisi forte hujus erroris auctor putandus est ipse Proclus, cujus, dum hæc scriberet, menti Homeri locus obversatus sit.

7.

Pausanias III. 16. *Πλησίον δὲ Ἱλαείρας καὶ Φοίβης ἐστὶν ἱερόν· ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνός φησιν εἶναι.*

Vulgata fabula Leucippi filias eas ferebat; vide de his, quos attulit auctores Werferus de Asclepiadæ Tragil. reliqq. in Thierschii actt. phil. Mon. T. II. p. 502. Pertinet fragmentum ad Castoris & Pollucis cum Ida & Lynceo certamen, de quo vide fragm. seq.

8.

Schol. Pindari Nem. X. 114 T. II. p. 507 Boeckh. *Ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀξιοῖ γράφειν ἥμενον, ἀκολούθως τῇ ἐν τοῖς Κυπρίοις λεγομένῃ ἱστορίᾳ· ὁ γὰρ τὰ Κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν Κάστορα ἐν τῇ δρυῒ κρυφθέντα ὀφθῆναι ὑπὸ Λυγκέως· τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Ἀπολλόδωρος* (bibl. III. 11. 2.) *κατηκολούθησε.* — §. *παρατίθενται δὲ καὶ τὸν τὰ Κύπρια γράψαντα οὕτω λέγοντα·*

αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Τηΰγετον προσέβαινε, ποσὶν ταχέεσσι πεποιθώς·
ἀκρότατον δ᾽ ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Τανταλίδου Πέλοπος· τάχα δ᾽ εἴσιδε κύδιμος ἥρως

5. δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα·
νύξε δ' ἄρ' . . . .

Ὁ Κάστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν, φησὶν, ἐν κοίλῃ δρυῒ κρυφθεὶς καὶ τὸν Λυγκέα· ὁ δὲ Λυγκεὺς ὀξυδερκὴς ὢν, ὡς καὶ διὰ λίθων καὶ διὰ γῆς τὰ γινόμενα βλέπειν, ἰδὼν διὰ τῆς δρυὸς τὸν Κάστορα ἔτρωσε λόγχῃ κ. τ. λ.

Dioscurorum cum Apharetidis certamen describens Tzetzes ad Lycophr. Cass. 511 & Chiliad. II. 48. utroque loco idem hoc fragmentum affert, ita tamen, ut septimi versus initium desit.

Vs. 4 κύδιμος] Tzetz. Chil. ὄβριμος. Versus quintus quum vulgo in Scholiorum Pindari editionibus inde ab ed. principe sic exhiberetur:

Εἶν ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης (in ed. Brubacchiana positus est asteriscus post εἶν), recentiores Pindari editores multam mutilo versui explendo operam dedere. Heynius V. L. ad Pindar. l. c. vs. 116 ex Pindari verbis sic emendat: *Ὀφθαλμοῖσιν ἔσω κοίλης δρυὸς ἥμένω ἄμφω*, quam emendationem adscivit Boeckhius in notis criticis ad h. l. (T. I. p. 554). Idem in notis ad hoc scholion versum sic quoque scribi posse ait: *ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἥμένω ἄμφω κοίλης*, sed in scholiorum textu nil novandum censens, excluso illo εἶν in versus initio, lacunæ signum ponit. Rectius Fr. Aug. Wolfius in fin. Odyss. edidit, ut nos exhibuimus, non suopte ingenio ductus (ut opinatur Wüllnerus, qui οἷς ante εἶν addit), sed ex utroque Tzetzæ loco.

Vs. 6 ductus ex Homeric. *Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα* Il. III. 237, Odyss. XI

300. Cfr. Horat. I. Od. 12. 26. *Hunc equis, illum superare pugnis nobilem.* Ovid. Fast. V. 700. *Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil.* Ἀεθλοφόρος Πολυδεύκης etiam Theocrit. Idyll. XXII. 53.

Vs. 7. Vulg. Νύξε δ' ἄρ'. Ἀγχίστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν φησί; in ed. Brubacchiana ν. δ' ἄρ' ἀγχίστωρ ἐλόχα. τὸν Ἴδαν. Heynius in notis ad Apollodor. bibl. p. 291 sic emendavit: νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς, & deinceps ut scholiastae verba posuit Κάστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν κ. τ. λ. Idem in V. L. ad Pind. l. c. versum duobus verbis auctiorem fecit hoc modo: Νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στὰς τὸν Κάστορα. — Κάστωρ ἐλόχα φησί. Posteriorem Heynii emendationem recepit Fr. Aug. Wolfius. Equidem hoc loco Boeckhii emendationem praeferendam duxi.

De ipsa re disserendi otium fecere ea, quae collegerunt & disputarunt Hemsterhusius ad Lucian. D.D. XXVI. 1., Heynius ad Apollodor. III. 11. 2., in V. L. ad Pind. l. c. & in observ. ad Il. III. 243., Werferus l. c. & imprimis Dissen explicatt. ad Pindari Nem. X. 55 sqq., in Boeckhii Pind. T. II. P. II. p. 471 sqq., quibus nihil addendum habemus, nisi hoc, quod in schol. Odyss. XI. 302 Castoris interfector dicitur Meleager vel Polynices, & quod Euripides Helen. 142 aliam de Dioscurorum morte famam attingit.

9.

Athenaeus II. p. 35 C.

Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποιήσαν ἄριστον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

ὁ τῶν Κυπρίων τοῦτό φησι ποιητὴς, ὅστις ἂν εἴη.

Vulgo in Athenæi editionibus hi versus, omissis iis verbis, quæ, unde desumpti sint, indicant, afferuntur. Sed verba ὁ τῶν Κυπρίων &c., quæ fragmento subjunxit Dindorfius, eidemque nonnihil mutata præfixerat Schweigh., testibus Stephano & Levinio (ut observat Casaub. ad libr. II. c. 1 p. 47) in antiquorum codd. ora adscripta inveniuntur, & vero adeo necessaria sunt, ut abesse nequeant. Suidas voc. οἶνος. ὠνομάσθη T. II. p. 669, qui totum Athenæi locum excerpsit, habet ὁ δὲ Κύπριος ποιητὴς φησιν, quod ostendit, hoc vel simile exstitisse aut in ipsa epitome, aut fortasse in uberiore librorum primorum textu, quo usus est Suidas. Cfr. Schweigh. ad h. l.

Vini laudes, quæ hoc fragmento celebrantur, referendæ videntur ad personam Nestoris, in convivio Menelaum, ut moerorem & curas vino pellat, hortantis; ac fortasse hi versus initium fecerunt longioris illius orationis, quam in convivio a Nestore de priorum hominum rebus habitam indicat Procli argumentum. Cum hoc fragm. conferendus Homerus Il. VI. 261.

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Neque dissimile est illud Varronis apud Nonium voc. *coagulum* p. 28 ed. 1614 Paris.

Vino nihil jucundius quisquam bibit;
Hoc ægritudinem ad medendam invenerunt;
Hoc hilaritatis dulce seminarium,
Hoc continet coagulum convivia.

10.

Pausanias X. 26. Τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τῷ παιδὶ Ὅμηρος μὲν Νεοπτόλεμον ὄνομα ἐν ἁπάσῃ οἱ τίθεται τῇ ποιήσει· τὰ δὲ Κύπρια ἔπη φησὶν, ὑπὸ Λυκομήδους μὲν Πύῤῥον, Νεοπτόλεμον δὲ ὄνομα ὑπὸ Φοίνικος αὐτῷ τεθῆναι, ὅτι Ἀχιλλεὺς ἡλικίᾳ ἔτι νέος πολεμεῖν ἤρξατο.

Hoc fragmentum pertinet ad narrationem de Achillis in Scyro insula commoratione, ibique e Deïdamia suscepto Neoptolemo: de qua fabula varie a poetis antiquis traditum est. Maxime celebrata est ea fabula, quam, teste Schol. Iliad. XIX. 326, nonnulli ex Cyclicis poetis retulerant, Achillem puerum, quod in fatis esset, fore, ut ad Trojam occideret, a Peleo (aut a Thetide, ut alii tradunt, cfr. Apollodor. III. 13. 8 & Schol. cit.) ad Lycomeden, Scyri regem, missum, ibique dum puellari habitu versaretur, e Deïdamia suscepisse Neoptolemum s. Pyrrhum. Nostrum autem poetam longe aliam famam secutum esse, docent argumenti verba: Ἀποπλέουσι δὲ αὐτοῖς ἐκ τῆς Μυσίας χειμὼν ἐπιπίπτει καὶ διασκεδάννυνται. Ἀχιλλεὺς δὲ Σκύρῳ προσσχὼν γαμεῖ τὴν Λυκομήδους θυγατέρα Δηϊδάμειαν. Neque omnino ullum est vestigium, inde conjici possit, ex nostris carminibus Achillem invito patre ad belli societatem esse arcessitum, aut ante fuisse in Scyro, quam ab expeditione adversus Telephum reverteretur. Porro in Cyclicis a scholiasta Homeri laudatis non fuisse parvæ Iliadis poetam ex fragmento perspicuum est, in iisdem scholiis & ab Eustathio ad Il. T. p. 1255 servato: Ὁ δὲ τὴν μικρὰν

Ἰλιάδα (*γράψας φησὶ*) *ἀναζευγνύντα αὐτὸν ἀπὸ Τηλέφου προσορμισθῆναι ἐκεῖ.*

Πηλείδην δ᾽ Ἀχιλῆα φέρε Σκῦρόνδε θύελλα·
ἔνθ᾽ ὅγ᾽ ἐς ἀργαλέον λιμέν᾽ ἵκετο νυκτὸς ἐκείνης.

unde carmina Cypria & parvam Iliadem de hac re plane eadem tradidisse patet. Neque Homerus, quamquam sæpe Achillei fati mentionem facit (Il. IX. 410, XIX. 417, XXI. 277, XXII. 359, XXIII. 80, XXIV. 85), de Pelei ad illud avertendum consilio quidquam commemorat: contra a Peleo ipso in bellum missum Achillem ait Il. IX. 439. Sed alia sunt, in quibus Homerica narratio discrepet ab iis, quæ ex Cypriis supra attulimus. Nam Il. IX. 144 sqq. Agamemnon per legatos, ad Achillem placandum missos, unam se ex suis filiabus ei in matrimonium daturum spondet, quam dedignatur Achilles (vs. 388), atque (vs. 393 sq.) Peleum reduci sibi conjugem electurum esse ait. Hic itaque Achilles se adhuc matrimonii expertem profitetur; nihilo minus filius ab Achille in Scyro insula relictus identidem commemoratur (Il. XIX. 326, 331 sq.), unde colligi potest, illam cum Deïdamia vel alia quadam Scyria puella consuetudinem ex Homerica fabula non justum matrimonium fuisse. Aliquam lucem fortasse suppeditat Il. IX. 668, ubi Achilles dicitur Scyrum expugnasse, unde ex captiva natum Neoptolemum conjici possit, nisi hoc de alia quadam Scyro Phrygiæ urbe, cum schol. ad h. l. accipiendum.

Sed ad Pausaniæ locum redeamus. Neoptolem nomen non nisi bis exstat apud Homerum Od. XI. 50 & Il. XIX. 327, quem Iliados versum spurium jud casse Aristophanem, Callistrato auctore monet sch

ad h. l. (cfr. Heynii adnot. ibid.); atque Aristophanis rationibus motus Fr. Aug. Wolfius hunc versum uncinis inclusit. Lectionis autem varietas, quam affert idem schol. *εἴ που ἔτι ζώει γε Πυῤῥῆς ἐμός, ὃν κατέλειπον*, Pausaniæ testimonio repugnat. Neoptolemum alii ita nominatum tradiderunt, quod ipse admodum adolesentulus ad bellum Troj. conficiendum profectus esset; cfr. Schol. Il. l. c., Eudoc. Viol. p. 305, Cic. Orat. II. 63. De tota fabula cfr. Heyne ad Apollodor. III. 13. 8. & ad Il. XIX. 327., & Jacobs ad Tzetz. Antehom. 173, 178.

11.

Tzetz. Schol. ad Lycophr. Cass. 570. *Σταφύλου τοῦ υἱοῦ Διονύσου θυγάτηρ ἦν Ῥοιώ, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἀπόλλων. Γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ Στάφυλος, βαλὼν εἰς λάρνακα, πρὸς τὴν θάλασσαν ἀφῆκεν. Ἐξελθοῦσα δὲ τῆς λάρνακος προσπελασθείσης ἐν Εὐβοίᾳ, περί τι ἄντρον παῖδα γεννᾷ καὶ Ἄνιον καλεῖ, διὰ τὸ ἀνιαθῆναι δι' αὐτόν. Τοῦτον δὲ Ἀπόλλων ἤνεγκεν εἰς Δῆλον, ὃς Δωρίππην γήμας γεννᾷ τὰς Οἰνοτρόπους, Οἰνώ, Σπερμὼ καὶ Ἐλαΐδα· αἷς ὁ Διόνυσος ἐχαρίζετο, ὁπότε βούλοιντο, οἶνον, σπέρματα καὶ ἔλαιον ποιεῖν καὶ λαμβάνειν κατὰ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις. Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι Ἄνιος ἔπεισε τοὺς Ἕλληνας παραγενομένους πρὸς αὐτὸν, αὐτοῦ μένειν τὰ ἐννέα ἔτη, δεδόσθαι δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν θεῶν τῷ δεκάτῳ ἔτει πορθῆσαι τὴν Ἴλιον. χρησμὸς γὰρ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόθη, Τροίας κρατῆσαι τῷ δεκάτῳ χρόνῳ· ὑπέσχετο δὲ αὐτοῖς, ὑπὸ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ τρέφεσθαι. Μέμνηται τούτων καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος.*

Hanc Anii fabulam, Cypriis carminibus cele-bratam, sine ulla dubitatione commemorant Heyniu & Gierigius (vide infr.). Equidem diu incertus hære-bam, an non potius in dubiæ fidei fragmentis hunc locum ponere præstaret. Nam primum verba illa: μέμνηται τούτων καὶ ὁ τὰ Κυπριακὰ συγγραψάμενος, si in melioris & antiquioris notæ scriptore aliquo in-venirentur, quovis pignore contenderem, non de Cy-priorum carminum poeta, sed de pedestri rerum ad Cyprum insulam pertinentium scriptore esse intelli-genda. Τὰ Κυπριακὰ enim sunt fabulæ s. historia Cypri insulæ, qualem scripserunt Hellanicus (Steph. Byz. v. Καρπασία; cfr. Sturz. fr. Hellan. p. 93 ed. alt.), Xenophon Cyprius, Palæphatus Abydenus, alii (Sui-das hh. vv. cfr. Meursii Cypr. I. 1). Porro verb συγγράφειν atque imprimis media forma συγγρά-σθαι de historia scribenda, omninoque de pede oratione componenda boni auctores semper fere ut-tur, unde σύγγραμμα, συγγραφή & συγγραφεύ libro soluta oratione composito ejusque scriptore. V J. A. Ernesti opusc. var. argum. p. 9 not., interpp Thomam Mag. p. 813 sq. cfr. J. Liebel Archilo reliq. p. 48 sq. not. c. ed. alt., Schaefer. ad Dion de comp. verbb. p. 25 & 105, Heindorf ad Plato Lysin p. 7. Neque fortasse ab antiquioribus scrip-ribus συγγράφειν de poeta usurpatum invenitur, a Theocrito Epigr. XX. 4 de Pisandro, Hera poeta, & ab Apollodoro III. 10. 3. ὁ τὰ Ναυπακ συγγράψας. Hæc igitur initio suspensum me te bant; mox autem intellexi, ejusmodi subtilitate Tzetze eo minus quærendam esse, quum diu

talia negligi coepta fuerint. Sic Epiphan. advers. hæres. I. p. 3 ab Ernest. cit. Nicandrum vocat συγγραφέα, & Malalas Chron. IV. p. 82 Archilochum ait Lyncei historiam συγγράψασθαι (cfr. Liebel. l. c.). In scholiis vero Græcis sæpe hoc vocabulum de poetis usurpatur (v. c. οἱ τὴν Θηβαΐδα συγγράψαντες schol. Apollon. Rhod. I. 308, ὁ τὰ Κύπρια συγγράψας schol. Pind. Nem. X. 114), & a Tzetze ipso alio loco (Chiliad. XIII. 496) affertur Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας. Quod ad τὰ Κυπριακά attinet, præterquam quod fabula nihil, quod ad Cyprum insulam trahi possit, continet, vocabulum ipsum se tuetur auctoritate Clementis Alexandrini, a quo Protrept. p. 19 poeta noster dicitur ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήματα γράψας; nisi obtemperandum est Salmasio ad Solin. p. 599 A. & interpp. ad Suid. T. II. p. 683, illic & in Tzetze corrigentibus Κύπρια, quemadmodum factum est in loco Aristotelis A. P. cap. 23., ubi in antiquis edd. erat Κυπριακά. Alterum, quod dubitationem aliquam movere possit, est hoc, quod res, de qua agitur, ne verbo quidem attingitur in Procli argumento. Verum alia quoque ibi omissa sunt, quæ in Cypriis carminibus exstitisse, fragmenta docent. Quid? quod ipsa Tzetzæ verba ostendere videntur, in Cypriis carminibus non nisi perbreviter hanc fabulam perstrictam fuisse: unde fortasse argumenti silentium explicari potest. His quum accedat, quod Homerus Ulyssis & Græcorum in Delum profectionem attingit Odyss. VI. 162 sqq., & quum hæc Anii fabula adeo sit antiqua, ut jam a Simonide (ἐν ταῖς κατευχαῖς Schol. codd. Ambros. & Palat. Odyss. VI. 164) &

Pherecyde commemorata sit, Pherecydes autem, ut ceteri *λογογράφοι*, ea imprimis tractaverit, quæ antiquis carminibus celebrata fuerant (cfr. cap. seq.), nihil magnopere obstare videtur, quo minus huic fragmento inter certas nostrorum carminum reliquias locus adsignetur.

De Anii ejusque filiarum fabula, aliter ab aliis tradita, vide quos auctores laudant interpp. ad Stephan. Byzant. in *Ἄνδρος*, Heyne excurs. I. ad Æneid. lib. III. p. 469 sq., Sturz. ad Pherecyd. fragm. p. 209 ed. alt., interpp. ad Ovidii Metam. XIII. 623 sqq. & Aug. Meineke de Euphorionis vita & scriptis p. 26 sq. Priora illa, quæ de Rhoeo habet Tzetzes, iisdem verbis leguntur in Eudoc. Viol. p. 370 sq., neque multum discrepat Apuleius in libro de orthographia p. 4 ed. Osann. In iis autem, quæ ad Trojanam expeditionem pertinent, unus Dictys Cretensis (I. 23) cum Pherecyde maxime consentit, his verbis usus: *Ceterum frumenta, vinum, aliaque cibi necessaria Anius ejus filiæ præbuere, quæ Oenotropæ et divinæ religionis antistites memorabantur. Hoc modo ex Aulide navigatum est.* Nam Simonides, quantum e schol. verbis conjici licet, invitas eas a Menelao Ulysse Delo abductas esse posuerat; de Euphorionis autem carmine *Anio* ex unico fragmento, a Steph. Byz. servato (fr. II. Meineke), certum judicium ferri non potest. Ceteri scriptores Anium Trojanis atque imprimis Anchisæ familiæ amicissimum perhibent. E quibus Ovidius Metam. XIII. 655 sqq., quem sequi videtur Servius ad Virgil. Æn. III. 80, Agamemnonem, tradit, quum de divina illa Oenotroporum

cultate comperisset, Delum misisse, qui eas arcesserent, atque vel invitas patris gremio abstractas adducerent, ut Græcorum exercitum alerent; fugientes illas, quum jam in eo essent, ut comprehenderentur, a Baccho, quem invocarent, in columbas esse mutatas. Utram famam noster poeta secutus sit, ex Tzetzæ verbis haud elici potest. Quod vero in Stephano Byz. (voc. *Ἄνδρος*) *Ἀνανίου* nomen, quod veteres libri exhibuerant, ex duobus codd. a VV. DD. in *Ἀνίου* mutatum est, id retractari jubet testimonium Apuleii de orthographia §. 9 p. 5: *Anius Virgilianus unico .n. notatur. Ananius item* (Osann. corr. *idem*) *dicitur Zenoni grammatico, Philemo, Stephano, Marciano, Methymio.* Neque hoc de Stephano fugit Germanum Apuleii editorem.

12.

Schol. Sophoclis Electr. 152 Erf. *Ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τρεῖς τὰς* (cod. Laurent. *τὰς τρεῖς*) *θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἢ ὡς ὁ τὰ Κύπρια τέσσαράς φησι.*

Sic vulgo inde ab ed. Rom. Sed quum in libris MSS. exstet *δ̄ φησὶν Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν,* hoc ita restituit P. Elmsleius, qui ex codice MS. Laurentiano scholia in Sophoclis tragoedias edidit, ut pro *δ̄* probabili conjectura scriberet *διαφόρους φησὶν Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν.*

Hom. Iliad. IX. 144 sq.

Τρεῖς δέ μοί εἰσι θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιάνασσα.

ad quem locum schol. Λαοδίκη μία τῶν Ἀγαμέμνονος θυγατρῶν, ἣν οἱ τραγικοὶ Ἠλέκτραν εἶπον, ὡς καὶ τὴν Ἰφιάνασσαν Ἰφιγένειάν φησιν ὁ Εὐριπίδης. Cfr. Heyne ad l. Hom. Respicitur sine dubio Euripid. Orest. 23, qui Homerum sequitur. Alia ratio est Sophoclei loci, in quo chorus Electræ, miseram suam fortunam deploranti, exemplum proponit Chrysothemidis & Iphianassæ, luctum dissimulantium. Sophocles igitur nostra secutus Iphigeniam & Iphianassam distinxit (cfr. Schol. Gu. ad Eurip. l. c.). Homeri eum vestigia non pressisse, quod alterum ponit schol. Sophocl., eo perspici potest, quod in eadem fabula vs. 530 sqq. Sophocles commemorat Iphigeniæ immolationem, cujus nusquam meminit Homerus, ut recte observat schol. Villoison. ad l. Hom.

13.

Pausan. IV. 2. 5. Λυγκέως μὲν δὴ παῖδα οὐκ ἴσμεν γενόμενον, Ἴδα δὲ Κλεοπάτραν θυγατέρα ἐκ Μαρπήσσης, ἣ Μελεάγρῳ συνῴκησεν. ὁ δὲ τὰ ἔπη ποιήσας τὰ Κύπρια Πρωτεσιλάου φησὶν, ὃς, ἐπειδὴ κατὰ τὴν Τρῳάδα ἔσχον Ἕλληνες, ἀποβῆναι πρῶτος ἐτόλμησε, Πρωτεσιλάου τούτου τὴν γυναῖκα, Πολυδώραν μὲν τὸ ὄνομα, θυγατέρα δὲ Μελεάγρου φησὶν εἶναι τοῦ Οἰνέως. εἰ τοίνυν ἐστὶν ἀληθὲς, αἱ γυναῖκες αὗται τρεῖς οὖσαι τὸν ἀριθμὸν, ἀπὸ Μαρπήσσης ἀρξάμεναι, προαποθανοῦσι πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐπικατέσφαξαν.

De Protesilao ejusque conjuge jam Homerus Iliad. II. 700 sqq.

Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο,
καὶ δόμος ἡμιτελής· τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ,
νηὸς ἀποθρώσκοντα πολὺ πρώτιστον Ἀχαιῶν.

Vulgo Protesilai uxor dicitur Laodamia, Acasti filia, le cujus morte, varie tradita, vide Hygin. fab. CIV., Servium ad Virg. Æn. VI. 447, Eustath. ad Il. B. p. 46, Tzetz. Antehom. 227 sqq. A quonam interfectus it Protesilaus, non commemorat Homerus, cujus *Δάρδανος ἀνὴρ* ab aliis de alio Trojanorum principe xplicatum est. Schol. Hom. l. c. *Οἱ μὲν τὸν Αἰνείαν ἀπέδοσαν, ὅτι βασιλεὺς ἦν Δαρδανίων, οἱ δὲ τὸν Εὔφορβον, ἕτεροι Ἕκτορα· τινὲς δὲ Ἀχάτην λέγουσιν, ἑταῖρον τοῦ Αἰνείου, φονέα Πρωτεσιλάου.* Cfr. Eustath. l. c. l. 43 sqq., Tzetz. Anteh. 230 sqq. Nostrum poetam Hectora Protesilai interfectorem dixisse, ex argumento patet; atque hanc famam Sophocles in *Pastoribus*, teste Tzetz. ad Lycophr. 529, cutus est. Ex nostris item fortasse carminibus Demetrius Scepsius Homeri verba mutavit in *ἔκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ* (Tzetz. ad Lycophr. l. c.) contra poetæ mentem (cfr. Il. XV. 719 sqq.), ut observat Jacobs ad Tzetz. Anteh. 232.

14.

Athenæus lib. XV. cap. 30 Schw. *Ἀνθῶν δὲ φανωτικῶν μέμνηται ὁ μὲν τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς. — λέγει — ἐν τῷ ια' οὑτωσί·*

Εἵματα μὲν χροιᾶς τότε οἱ Χάριτές τε καὶ Ὧραι
ποίησαν καὶ ἔβαψαν ἐν ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
οἷα φοροῦσ' ὧραι, ἔν τε κρόκῳ, ἔν θ' ὑακίνθῳ,
ἔν τε ἴῳ θαλέθοντι, ῥόδου τ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῷ,

ἡδέϊ, νεκταρέῳ, ἐν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσιν,
ἄνθεσι ναρκίσσου καλλιῤῥόου· οἷ' Ἀφροδίτη
ὥραις παντοίαις τεθυωμένα εἵματα ἕστο.

Οὗτος ὁ ποιητὴς καὶ τὴν τῶν στεφάνων χρῆσιν εἰδὼς φαίνεται, δι' ὧν λέγει·

Ἡ δὲ σὺν ἀμφιπόλοισι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
πλεξαμένη στεφάνους εὐώδεας, ἄνθεα γαίης
ἂν κεφαλαῖσιν ἔθεντο θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι,
Νύμφαι καὶ Χάριτες, ἅμα δὲ χρυσῆ Ἀφροδίτη
καλὸν ἀείδουσαι κατ' ὄρος πολυπιδάκου Ἴδης.

Quatuor primos versus ex Athenæo affert Schol. Lucian. de saltat. c. 5 (T. V. p. 125 Bip.). Vs. 1. Εἵματα & χροίας s. χροιᾶς scripsit Schweigh. pro codd. & editionum ἱμάτια s. ἵματα & χροῖας. Codices plerique habent ἵματα, quod vocabulum non reperitur, nisi in gloss. Hesych. ἵματα. ἱμάτια; sed in nostro fragm. vs. 7 εἵματα unanimo consensu omnes præbent & codd. & edd. — Χροίας habet schol. Luc., sed melius videtur scribere χροιᾶς [sic cod. Laurentianus] vel potius epicam formam χροιῆς. Cfr. Oudend. ad Thom. Mag. p. 786, Lobeck ad Phryn. p. [illegible] Recte item Schweigh., flagitante sententia, pro vulg. αὖραι membranarum suarum & schol. Luc. auctoritate scripsit Ὧραι. Quod vero idem vir doctissimus, Dalechampium secutus, εἵματα χροιᾶς explicat *vestes coloris* i. e. *vestes coloratas*: hæc loquendi ratio, orientalibus familiarissima est, ita, ut Græce si recte dici queat, admodum vereor. Omnino χροιά superficie corporis, atque inde de corpore ipso usurpatur, v. c. Il. XIV. 164., Mimnerm. fragm. p. Bach. (vulg. Theogn. 1011); de colore si adhib

non tam de cujuscumque rei, quam de corporis s. cutis colore dicitur. Itaque simplicius ac rectius videtur, *εἵματα χροιᾶς* interpretari *corporis vestimenta.* Eodem versu *οἱ* pro vulg. *αἱ* recepi cum Dindorfio ex ipsius & Meinekii conj.

Vs. 4 *ἐν τε ἴῳ*] Sic cum Wüllnero scripsi pro vulg. *ἔν τ' ἴῳ,* quum *ἴον* primam corripiat (cfr. Maltby ad Morelli Lex. prosod. p. 475 not.). Idem nunc ex cod. Laurent. recepisse Dindorfium video.

Vs. 6 *ἄνθεσι*] Schweigh. conj. *ἄνθους,* quam emendationem recepit Wüllnerus. Equidem, quamquam satis probabiles doctissimi viri rationes duco, nihil tamen mutare ausus sum, quum *ἄνθεσι ν. κ.* fortasse explicationis loco adjunctum sit iis, quæ antecedente versu generatim dicta erant, *ἐν ἀμβρ. καλύκεσσιν.* Eodem versu Schweigh. pro *καλλιρρόου* legend. censuit *καλλιδρόσου suavem rorem* (i. e. vaporem, odorem) *exhalantis*, vel *καλλίχρου* ex Dalechampii interpretatione: *narcissi eleganti colore formosi.* Sed quum *ῥέειν* de omni re, magna copia magnoque impetu se profundente, dicatur (cfr. Jacobs ad Achill. Tat. p. 855): *καλλιρρόου* vocabulum, quamquam non satis apte *ναρκίσσου* naturam indicat, & fortasse corruptum est, minime tamen posthabendum videtur conjecturis supra allatis; aptius vero epitheton quidem conjectura reperire non possum, & codices nihil variant.

Vs. 7 *τεθυωμένα εἵματα*] Cfr. Hom. hymn. Apoll. 184 ibique Ilgen & Matth.

Alterum fragmentum num cum priore cohæreat, quem utrumque locum in carminibus Cypriis tenue-

rit, obscurum est. Wüllnerus in illo Briseidis orna- menta & venustatem describi, hoc ad Venerem & Pa- ridis judicium fortasse pertinere & in primum librum conjiciendum putat. Sed idem quum Heynii senten- tiam, prius item fragmentum in libro primo ponentis atque ad Paridis judicium referentis (excurs. ad lib. II Æn.), propterea improbat, quod, hos versus ad nul- lam Dearum referri posse, ex fine eorum appareat: nescio, quid cogitarit vir doctissimus. Immo ipsum verbum ἔστο, quod ultimum versum claudit, ad nul- lam aliam, nisi ad Venerem, hoc fragmentum referri posse, ostendit; alioquin enim ἔσται esse debebat: quo si quem forte offendat, hoc aut insolentius pro τοί positum esse explicandum est, aut in καλλιῤῥόου me- dum latere dicendum est*). Si jam quærimus, num libro undecimo, unde hi versus desumti esse dicun- tur, Veneris mentio facta sit, fortasse aliquis in partes vocaverit argumenti verba illa: Καὶ μετὰ ταῦτα Ἀχι- λεὺς Ἑλένην ἐπιθυμεῖ θεάσασθαι, καὶ συνή- αὐτοὺς εἰς τὸ αὐτὸ Ἀφροδίτη καὶ Θέτις. Verum ac- curata illa ornatus descriptio suadere videtur, ut c- Heynio prius etiam fragmentum ad librum prim- referamus; neque multum nos movent verba: ἐν ια': nam hoc ια' facile ex ἐν ΤΩι Α oriri potui-

*) In editione Dindorfii, cujus tertium volumen his diebus, quum hæc typis describuntur, ad me all- est, hæc adnotata video: "καλλιρρόου] καλλιρὸν (sic) οἶ' Canteri correctio. δ'οια A. διοια B. δίοια Can- [Casaub. prima] δῖ' editiones Casaub. secunda & - Recte Meinekius τοῖ' corrigere videtur: quo p- καλλίρροου scribendum erit."

ostendit Valckenaerius ad Euripid. Phoeniss. 735 (Vol. II. p. 194 ed. Lips.), ubi similem errorem correxit. — Noster locus ante oculos fuisse videtur Euripidi in illis de Paridis judicio (Iphig. Aul. 1279 sqq.):

Ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι
Νυμφᾶν κεῖνται
λειμών τ' ἄνθεσι θάλλων χλωροῖς,
καὶ ῥοδόεντ' ἄνθεά θ' ὑακίνθινά τε θεαῖσι δρέπειν·
ἔνθά ποτε Παλλὰς ἔμολε καὶ
δολιόφρων Κύπρις
Ἥρα θ' Ἑρμᾶς θ', ὁ Διὸς ἄγγελος,
ἁ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα Κύπρις,
ἁ δὲ δορὶ Παλλὰς κ. τ. λ.

15.

Schol. Victor. Iliad. XVI. 57. Τὴν Πήδασον οἱ τῶν Κυπρίων ποιηταί, αὐτὸς δὲ Λυρνησόν.

Homerus Briseïda, Lyrneso capta, Achilli obvenisse tradit Il. II. 690., cfr. XIX. 60, 295 sq.

16.

Pausan. X. 31. *Παλαμήδην δὲ ἀποπνιγῆναι προελθόντα ἐπὶ ἰχθύων θήραν, Διομήδην δὲ τὸν ἀποκτείνοντα εἶναι καὶ Ὀδυσσέα, ἐπιλεξάμενος ἐν ἔπεσιν οἶδα τοῖς Κυπρίοις.*

De Palamedis morte, cujus nulla apud Homerum fit mentio, vide quæ collegerunt Jacobs ad Tzetz. Anteh. 383, & impr. Heynius excurs. IV* ad libr. II. Æneid., qui tamen simpliciorem fabulam, qualis a nostro poeta tractata esse putanda est, non satis a tragicorum aliorumque inventis distinxit. Nam quod ait, *jam in*

Cyprio carmine lectum fuisse, quod Palamede tesserarum ludum excogitarit, id fortasse ita est quamquam in Procli argumento nullum hujus rei vestigium invenitur; sed quod *hoc e Pausaniæ loc. laud apparere* dicit, hic Polygnoti pictura Delphica illud expressum fuisse memoriæ prodit, nihil de *nostris* tradit. Quod præterea suspicatur Heynius, argumenta *accusationis Palamedis* (κατὰ Παλαμήδους προδοσίας), quæ oratio Alcidamantis nomine fertur (Reiske oratt. Gr. Vol. VIII. p. 64 sqq., Bekkeri Oratt. Att. Vol. V. p. 667 sqq.), quaque Ulysses accusat Palamedem, e carminibus Cypriis adumbrata esse: id haud recte a clarissimo viro positum videtur. Nam illa oratio, quemadmodum etiam contraria Gorgiæ defensio (ὑπὲρ Παλαμήδους ἀπολογία), versatur in proditionis crimine & solemni judicio, quod posteriores scriptores de Palamede habitum finxerunt; sed neque in Procli argumento quidquam de hac re exstat (ibi enim simpliciter: ἔπειτα ἐστὶ Παλαμήδους θάνατος), & ex ipso hoc fragmento, quod servavit Pausanias, satis intelligitur, ex nostri poetæ narratione insidiis ac fraude Diomedis & Ulyssis clam sublatum Palamedem, non communi Græcorum consilio damnatum & necatum fuisse. Simpliciorem illam fabulam secutus est Dictys Cretensis II. 15.

B. Incertæ sedis fragmenta.

17.

Plato Euthyphr. p. 12 B. Vol. I. p. 374 Bekker.

Λέγω γὰρ δὴ τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν, ὁ ποιήσας·

Ζῆνα δὲ τόν θ' ἕρξαντα, καὶ ὃς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν,
οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.

n margine Stephani legitur: γραι· ὁ ποιητὴς Στασῖνος ἐποίησεν, &, γραι καὶ οὕτω· ὁ Στασῖνος ἐποίησεν, quod ab ipso Stephano excogitatum videtur Fischero. Ex Stasini Cypriis carminibus desumtos esse nos versus, testatur Platonis scholiastes, eosdemque idem poetæ tribuunt atque ex Platone laudant Stoæus Serm. XXX. p. 210 ed. Gesner. 1549 (XXXI. 2. 18, Vol. II. p. 30 sq. Gaisf.) & Michael Apostol. roverb. cent. X. 50. Iidem versus simul cum Plaonis verbis exstant etiam in cod. MS. Florentino Parallelorum sacror. Joannis Damasceni, ex quo excerta quædam edidit Gaisfordus ad calcem Stobæi, & ol. IV. p. 430 tit. περὶ αἰσχύνης ἀγαθῆς horum lorum initia adnotavit. Præterea ultima fragmenti rba ἀδεσπότως laudantur Plutarcho vit. Cleomenis I. p. 808 E. & Diogeniano proverb. cent. V. 30, l eadem fere verba, memoriæ haud dubie lapsu, picharmo tribuuntur Schol. Sophocl. Ajac. 1063 Erf.

In ipsis hujus fragmenti verbis nulla difficultas tica inest, neque variæ lectiones, quæ vel in scriptoribus nuper allatis, vel in Platonis codicibus &

editionibus reperiuntur, magni sunt momenti. Itaque ex his potiora tantum afferam; reliqua suppeditabunt Fischerus & Bekkerus.

Vs. 1. τόν ϑ' ἔϱξαντα] Sic tantum non omnes Platonis editiones, tum antiquæ, tum recentiores; contra schol. Plat., Stob., Apostol. & tres codd. Bekkeri τὸν ῥέξαντα; unus codex Venet. ἔϱξαντα. Fr. Aug. Wolfius, qui in fine Odyss. τὸν ῥέξαντα edidit, in Platone codicum & edd. auctoritatem secutus est. De hujus verbi duplici forma & spiritu, in quibus variant sæpenumero codices & editiones, cfr. Heyne ad Il. I. 315 & XIV. 261, Brunck. ad Soph. Electr. 83, Herman. ad Soph. Philoct. 678. Pro οὔτ' ἔϱξαι etiam Bekkerus in Theogn. 178 ex cod. Mutin. recepit οὔϑ' ἔϱξαι, eumque secutus est Welckerus (vs. 536).

Vs. 2 οὐκ ἐϑέλεις] ἐϑέλειν habet unus cod. Bekkeri, & sic corrigunt duo codices, eandemque lectionem exhibent Bas. 2, marg. Steph. & schol. Siebenkees cfr. Fischer.

εἰπεῖν] Schol. Siebenk. εἰκεῖν & cod. Marcian. alter apud eund. Siebenk. ἀκούειν.

ἵνα γὰϱ] ἵνα πὲϱ Bas. 2, marg. Steph. Sic etiam schol. Siebenk., Ruhnk. & Bekker. Platonis verba citant; sed deinde in ipso versu habent γάϱ. Apud Diogen. omissa altera particula exstat ἵνα δέος & in schol. Sophocl. Epicharmi nomine ἔνϑα δέος, ἐνταῦϑα καὶ αἰδώς.

ἔνϑα καὶ] In edit. Callimachi Frobeniana, in qua primum Stasino auctore hi versus laudantur, deinde totus Platonis locus legitur, priore loco p. 71

pro ἔνθα est ἔσται, altero vero a vulgata lectione non receditur.

Hæc de fragmenti verbis; quænam autem ejus sedes sit, quive horum versuum sensus, haud liquet. Cfr. Fischerum & Stallbaum. ad Platonis locum. Fr. Aug. Wolfius sic interpretatur: *De Jove, qui et hæc fecit, et omnes res generavit, dicere tu non vis; ubi enim timor est, pudor haud deest*; neque equidem, quod melius sit, afferre habeo.

18.

Herodianus περὶ μονήρους λέξεως in Dindorfii Gram. Græc. Vol. I. p. 9. Σαρπηδών, Σαρπηδόνος, εἴτε ὁ ἥρως, εἴτε ἡ πέτρα, εἴτε ἡ ἀκτή, εἴτε ἡ νῆσος. ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλωτῆσιν (leg. Αἰχμαλωτίσιν Dindorf. præf. p. VII.) εἴρηται Σαρπηδὼν ἀκτή· ἐν Τυμπανισταῖς·

Ἡμεῖς δ' ἐν ἄστροις, ἔνθα σαρπηδὼν
πέτρα.

καὶ ἡ νῆσος, ἰδίως ἐν Ὠκεανῷ Γοργόνων οἰκητήριον οὖσα, ὡς ὁ τὰ Κύπρια φησὶ,

Τῷ δ' ὑποκυσσαμένη τέκε Γοργόνας δεινὰ πέλωρα,
καὶ (fort. αἳ) Σαρπηδόνα ναῖον ἐπ' ὠκεανῷ βαθυδίνῃ,
νῆσον πετρήεσσαν.

Herodianus, cujus librum hunc ex cod. Hafniensi Blochii nostri diligentia descriptum atque ab eodem viro, doctrina & humanitate æque conspicuo, multis locis emendatum primus edidit Dindorfius, l. l. agit de vocabulis in δών desinentibus, atque nominativi ω in ο mutantibus, nisi si terminationi δων syllaba præcedat cum υ: exempli loco affertur Σαρπηδών,

nomen & heroïs & rupis & insulæ, ejusdem sine dubi quam in mari Atlantico sitam Sarpedoniam dixit Ste sichorus in Geryonide apud schol. Apollon. Rhod. I 211: Στησίχορος ἐν τῇ Γυριονίδι (leg. Γηρυονίδι cum Ursino) καὶ νῆσόν τινα ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγε Σαρπηδονίαν (καλεῖσθαι addit cod. Paris.) φησί (Cfr. Gaisfordi poet. minor. Gr. Vol. III., p. 339 Lips.) Σαρπηδονία ἀκτή dicitur a Zenobio Proverb. cent. V. 86 & Suida, sed a Photio in lex. h. v. vocatur Σαρπηδὼν ἀκτή, quod recte habere, neque a Schleusnero cur. noviss. in Photii Lexic. p. 396 tentandum fuisse, ex Herodiani verbis patet. — Post alterum versum in cod. exstat ἢ νῆσον πετρήεσσαν, cum sequentibus Herodiani verbis conjunctum; sed recte editor in præfat. p. VIII. "Dele ἤ. Verba νῆσον πετρήεσσαν tertii hexametri initium."

19.

Clemens Alexandrin. lib. VI. Stromat. p. 625:
Πάλιν Στασίνου ποιήσαντος,

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνων, παῖδας καταλείπει
Ξενοφῶν λέγει, Ὁμοίως γάρ μοι νῦν φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο.

Memoriæ vitio ad Xenophontem referuntur, q sunt Herodoti I. 155, ubi cfr. intt. Hunc versum quem falso Schneiderus ad Demetrium περὶ Ἑρμηνείας sect. 156 p. 159 Homero tribuit, proverbii locum olim tenuisse, intelligitur ex Aristot. Rhetor. 15. 14 & II. 21. 11. Buhle, ubi de proverbiis A Aristoteles hunc versum laudat. Hinc inter prove

metrica legitur vs. 88. Eundem jactabat Philippus tertius hujus nominis Macedonum rex, quum occisorum inimicorum liberos comprehendi & interfici juberet; Polyb. XXIV. cap. 8 §. 9 & 10, & ex eo Suidas voec. *Νήπιος* & *Φίλιππος ὁ Μακεδών*. Cfr. Livium XL. 3, ad quem locum Sigonius comparat Euripid. Androm. 511 sqq. *καὶ γὰρ ἄνοια Μεγάλη λείπειν υἱους ἐχθρῶν*; sed edd. habent *ἐχθροὺς ἐχθρῶν*, quod quidam interpretantur eodem modo, Matthiæ aliter. Præterea Toupius emend. in Suid. P. III. p. 148 Sophrona apud Demetr. l. c. nostrum versum respexisse putat. Ibi enim vulgo corrupte sic legitur: *ὡς ὁ Σώφρων μὲν, ἐπίης* (Schneider. ex Galei emend. *Ἐπιάλης*) *ἔφη, ὁ τὸν πατέρα πνίγων*; sed Toupius corrigit *Νήπιος, ἔφη, ὅς*, quod confidentius factum Schneiderus judicat. Denique observandum est, præter Clementem omnes, quotquot inde ab Aristotele hunc versum laudant, habere *κτείνας*, quod præferendum videtur; item apud Aristot. utroque loco exstare *καταλείποι*.

C. FRAGMENTA DUBIA.

20.

Fulgentius Mytholog. I. 2. (p. 630 Stav.) *Theopompus in Cypriaco carmine et Hellanicus in Dios polytychia, quam descripsit, ait, Junonem ab Jove vinctam catenis aureis et degravatam incudibus ferreis.* Vide, quæ de hoc loco diximus supra cap. I. p. 12 sq. De fabula ipsâ Sturz Hellanici fragm. p. 78

ed. alt. conferri jubet Homer. Il. XV. 18 sqq. & Probum ad Virg. ecl. VI. 31.

21.

Schol. Euripid. Androm. 880 Matth. ex codd. Gu. & Taur. *Λυσίμαχος καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσί τινες, γενέσθαι ἐξ Ἑλένης Ἑρμιόνην καὶ Νικόστρατον. Ὁ δὲ τὰς Κυπριακὰς* (*Κυπρικὰς* Gu.) *ἱστορίας ξυνάψας Πλεισθένην φησὶ, μεθ' οὗ εἰς Κύπρον ἀφῖχθαι τὸν Ἀλέξανδρον.*

De Menelai liberis quæ varie tradiderint scriptores, vide Apollodor. III. 11. 1. ibique Heynium. Homerum, qui Hermionen solam ex Helena susceptam prodidit Odyss. IV. 12, sequitur Euripides l. c. Sed de Plisthene nihil usquam reperitur; quod mirandum esset, si jam Cypria carmina de eo tradidissent. Quamquam autem *ἱστορεῖν* interdum apud posterioris ætatis scriptores de poeta dicitur (Schol. Apollon. Rhod. I. 1357 cfr. Liebel Archiloch. p. 48 not. c. ed. 2), *ἱστοριῶν* tamen sic nude positum vocabulum vix aliud significare potest, quam opus historicum (cfr. Sturz. Pherecyd. fragm. p. 65 ed. alt.): ut *ὁ τὰς Κ. ἱστορίας ξυνάψας* videatur esse scriptor rerum Cypriacarum, a quo hoc de Alexandri simul cum Plisthene *in Cyprum* adventu commemoratum esse scholiastes significet. Quis hic scriptor fuerit, non constat, quum haud pauci olim hujus insulæ historiam scripserint. Vide supra fragm. 11 p. 58; cfr. schol. Apollon. Rhod. IV. 1551. De Paridis in Cyprum adventu cfr. Dictyn Cretens. lib. I. c. 5.

22.

Anonymi libellus de construct. verbb. (ed. ab Hermanno in libr. de emend. ratione Græc. Gram. p. 390). *Παρατείνει, τὸ παρέλκει καὶ μέχρι πόῤῥω προάγει, οἷον παρατείνει τὴν ὁμιλίαν, ὡς καὶ ὁ Κύπριος, ὁ μέντοι πότος καὶ ἐς αὐτὸν παρετείνετο τὸν ὄρθρον.*

Quemadmodum hoc fragmentum nunc comparatum est, nullo modo poetæ esse potest; neque vero sudandum, ut versus efficiatur, quum ὁ *Κύπριος* nostrorumne carminum poeta, an omnino poeta aliquis sit, lateat. Rem itaque peritioribus & sagacioribus dijudicandam relinquens, locum ipsum attulisse satis habeo.

D. De Cypria Iliade.

Iliados Cypriæ Latinæ non nisi perpauca exstant fragmenta, neque de hoc carmine quidquam usquam traditur, nisi quod ex ipsis fragmentis colligi potest. Hæc autem fragmenta a grammaticis Latinis *Nævii* nomine insigniuntur, ac vulgo a viris doctis Næviani carminis reliquiæ esse putantur, quam sententiam etiam Wernsdorfius, qui de Latinis Homeristis disputavit, secutus est poet. Latin. minor. Vol. IV. p. 572 sq.

Charisius instit. Gram. lib. I. p. 118 Putsch. "*Nævius Cypriæ Iliados lib. I.*

Collum marmoreum torquis gemmata coronat."

quod ad Pelei nuptias, aut ad Paridis judicium perti-

nere videtur. — Alterum fragmentum, ad Paridem Helenam rapientem, referendum, servavit Priscianus ib. X. p. 881 Putsch. [X. 2. 10. p. 479 Krehl.]: "*Nævius in Iliad. II.*

Foecundo penetrat penitus thalamoque potitur."

Tertium ex Chalcidio in Timæum p. 159 Meurs. Fabricium (ad calc. operr. S. Hippolyti Vol. II. p. 308) secutus profert Wernsdorfius:

"*Exuviis rabies furiarum examina mille.*"

A Chalcidio ipsius carminis nomen non ponitur, sed tantum versus Nævii esse dicitur. Fabricius ex cod. in quo *eximiæ*, leg. censet: *Exuviæ, rabies*, quod in medio relinquendum. Quartum addo fragmentum, quod exstat in L. Cæcilii Minutiani Apuleii libro de orthographia ante paucos annos ab Angelo Maio edito §. 15. "*Olympius s. Olympus appellatus Jupiter. — Nævius: Panditur interea domus altitonantis Olympi.*" Denique dubitanter, ut in re, quæ nullo argumento, sed sola conjectura nititur, propono hoc, quod mihi persuasi, Horatianum illud in epistola ad Pison. 137:

Nec sic incipies, ut scriptor Cyclicus olim:
Fortunam Priami cantabo et nobile bellum.

ex eodem carmine desumtum esse; parvæ quidem Iliados initium, quod Græce exstat (auct. vit. Hom. c. 16), aliquantum a Latino versu discrepat.

Jam vero, quid de Cypriæ Iliados auctore statuendum sit, quærendum videtur. *Lævii*, non *Nævii* hanc Cypriorum carminum interpretationem esse, jam suspicatus est Jos. Scaliger castig. ad Catull. (Antverp.

1582) p. 94 & in animadversis in locos controversos Roberti Titii, Lutetiæ anno 1586 Yvonis Villiomari Armorici nomine editis, lib. VI. p. 125. Scaligerum secuti sunt Salmasius & Andr. Schottus, in quos hoc nomine acriter invehitur Theod. Ryckius dissert. *de primis* Italiæ colon. p. 447, eo imprimis argumento usus, quod omnes grammaticorum editiones Nævii nomen præ se ferant. Inde ad nostram fere memoriam Nævius vulgo carminum Cypriorum interpres Latinus habitus est, quamquam Vossius Art. gram. III. 35 p. 318 in Prisciano Lævii nomen reponendum judicavit, idemque p. 332, Ennium Latinorum poetarum primum heroïco versu usum esse, recte observavit. Nam hoc ita esse, tum ipsius Ennii verba in Ciceronis Bruto c. 18 indicant, tum Odysseæ Livii *Andronici* & Næviani carminis de bello Punico primo ragmenta, Saturnio metro composita (cfr. Festum v. Saturno), ostendunt, tum vero disertum Isidori testimonium confirmat Origin. I. 37 p. 852. 23 Godofr. *Iexametros autem Latinos primum fecisse Ennius raditur, eosque longos vocat.* Itaque nostræ ætatis itici recte statuisse videntur, Lævio Cypriam Iliadem ibuendam esse auctori. Vide Hermannum elem. ctr. metr. p. 333 & impr. Fr. Osannum in analectis it. poesis Rom. scænic. reliquias illustr. p. 29 sqq., i *Livii*, *Lævii* & *Nævii* nomina sæpe in antiquis oris confundi docet p. 7 sq.; cfr. eundem Osannum Apuleium l. c. p. 44 sqq. & Hofman Peerlkamp in bliotheca crit. nova II. p. 32 sqq. De Lævio poeta r. Scaliger. Auson. lectt. II. 27 & Io. Pricæus ad

Apolog. Apuleii p. 85 sq. Ne vero Cypriam Iliade Homericæ Iliados interpretationem putemus, part ipsa fragmenta reclamant, partim vetant ea, quæ Latinis Homericæ Iliados interpretibus collegeru Wernsdorf l. c. p. 568 sqq. & Passovius ad Persiu I. 50 p. 278.

V.

DE SCRIPTORIBUS IIS, QUI CARMINIBUS CYPRIIS USI ESSE VIDENTUR.

Propositis iis, quæ ad fragmenta Cypriorum carminum illustranda facere videbantur, jam quærendum, quomodo scriptores, qui post nostrum poetam res Trojanas tradiderunt, in hoc argumento tractando versati sint. Sed hæc quæstio tam late patet, ut, si singula quæque enumerare instituerem, hæc una pars reliqui operis magnitudinem æquaret, fortasse superaret. Nam ex magna veterum scriptorum copia paucos admodum reperies, qui non aliquem Trojani belli locum attigerint. Neque hoc de poetis tantum & de historiarum scriptoribus valet, sed philosophi, rhetores, sophistæ & grammatici suo quisque instituto quum Troica universa explicarunt atque exornarunt, tum in singulis rebus, quæ ad tempora, Iliadis argumentum antecedentia, pertinent, effingendis mire sibi placuerunt. Itaque ne longius evagetur nostra oratio, quam hujus scriptionis natura & propositum fert, de iis scriptoribus pauca disputabimus, quos Cypria carmina ante oculos habuisse, manifestum aut probabile est; simulque nonnulla addemus de iis, quos, quamquam ipsa nostra carmina non secuti esse videntur, tamen, quum idem argumentum plenius exposuerint, cum nostris comparare utile erit. Eo autem magis in hac disputatione nobis brevibus esse licere

putamus, quum partim *de scriptoribus rerum Trojanarum* multa eaque bonæ frugis plena collegit Heynius in doctissimo excursu I. ad Æneid. lib. II, partim a nobismet ipsis, quæ ad singula argumenti capita & ad fragmenta illustranda pertinerent, hinc pauca ex recentioribus scriptoribus supra allata sint.

Agmen duceret *hymnus in Venerem*, Homero tributus, si idoneis argumentis niteretur conjectura Groddeckii 1), carminibus Cypriis fabulam de Anchisæ & Veneris amoribus celebratam fuisse, atque inde illum hymnum expressum opinantis. Verum si Procli argumentum inspicimus, ne verbo quidem hanc fabulam ibi commemoratam videmus. Groddeckius quidem ex Procli verbis *καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει*, illo loco in ipso carmine suspicatur intextam fuisse de Æneæ natalibus fabulam, a Proclo, graviora tantum referente, omissam; sed hoc, quamquam fortasse verum est, ejusmodi tamen est, ut ex eo solo nihil concludi posse videatur. Quod vero addit, *de Tithono ab Aurora rapto fabulam*, hymno insertam (vs. 219-239), *ad Cyprias fabulas referendam esse, quandoquidem Cyprii ab Æthiopibus, ad quos fabula hæc proprie spectet, ortos se jactarint*: hoc primum longius repetitum est, atque ab antiquissimorum carminum simplicitate alienum; deinde nullum Cypriarum fabularum in toto carmine nostro vestigium, neque satis constat, Cypriusne ge-

1) Groddeckius comment. de hymnorum Homericorum reliquiis p. 41 sq., cui adstipulatur Fr. Jacobs Prolegg. ad Tzetz. Antehomer. p. XXIV, not.

pere fecerit poeta, aut carmen a Cypro insula ductum habeat nomen. Quæ quum ita sint, hymnus hic e numero eorum scriptorum, quæ nostro argumento aliquid lucis afferant, eo magis eximendus videtur, quo minus liquet, Cypria carmina hymno, an hic illis ætate antecedat.

Hymno igitur Homerico excluso, temporis ratio fecit, ut primum agendum sit de antiquis historiæ scriptoribus iis, qui vulgo λογογράφοι proprio jam nomine vocantur; qui quidem, si minus omnes, antiquissimi tamen, detracto metro, cetera poetica retinuerunt, ita ut simpliciore quasi filo, nullo suo interposito judicio & sine ullis ornamentis oratoriis, ea narrarent, quæ antea de Græcorum fabulis versibus mandata essent 2). Quod ad res attinet, quas tractabant, plerique eorum non perpetuas historias, sed singulorum populorum ac civitatum res descripserunt 3); unde factum est, ut si quis ipsis poeta in iis, de quibus agebant, celebrandis præivisset, hunc præcipue sibi proponerent, quem sequerentur: quemadmodum & in Hesiodo fecit Acusilaus 4) & in Phoro-

2) Strabo lib. I. p. 18 Casaub. *Εἶτα ἐκείνην* (poesin) *μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τ' ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ, συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον κ. τ. λ.*; cfr. Dionys. Halicarn. de Thucyd. judic. c. 5 & c. 23, Cicero de Orat. II. 12.

3) Dionys. Halicarn. l. c. c. 5. cfr. Heyne historiæ scribendæ inter Græcos primordia, in comment. societ. Gotting Vol. XIV.

4) Hinc a Clemente Alex. VI. p. 629 A. Hesiodi carmina in solutam orationem transtulisse dicitur.

nide carmine fortasse Hellanicus, in aliis alii [5]. Neque tamen hoc ita intelligendum videtur, quasi nihil aliud quam singulos poetas exscripserint vel excerpserint. Primum enim eædem fabulæ sæpe ab aliis poetis aliter tractatæ exstabant, neque fieri poterat, ut non alia fabulæ narrandæ ratio aliâ esset accommodatior ad ejus populi, de quo agebatur, res ornandas. Deinde vero etiam historici illi præter carmina uberrimum rerum cognoscendarum fontem habebant famam hominum ore traditam & per multas ætates propagatam, quam libris suis inserere posterisque mandare possent. Quid? quod ipse Acusilaus, quem Hesiodi carmina sibi proposuisse diximus, haud pauca aliter atque hic poeta prodidit, quod Acusilai fragmenta, a Sturzio collecta, perlustranti facile patebit [6], Hecatæus autem historiæ suæ exordio, se, *delectu* facto, ex magna antiquarum narrationum copia eas tantum litteris suis mandasse confirmavit, quæ ipsi maxime probabiles visæ essent [7].

Nihilo minus tamen logographi pleraque ex cyclicis carminibus hauserunt, neque nostra in rebus Trojanis ab iis neglecta fuisse, argumenti, carminibus Cypriis comprehensi, gravitas & amplitudo persuadet. Sed quid e nostris sumserint, judicare nunc non pos-

---

5) Cfr. K. Otfr. Müller Prolegomena zu einer wissensch. Mythologie p. 93.

6) Cfr. Josephus contr. Apion. I. c. 3, &, qui ejus verba repetiit, Eusebius præp. Evang. X. 7. p. 478.

7) Hecatæus apud Demetrium *περὶ ἑρμηνείας* §. 12. *Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται· τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι· οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι, πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται εἰσίν.*

sumus, quum non nisi paucissima eaque brevissima logographorum fragmenta ad nos pervenerint. Neque vero haec bonarum litterarum jactura infimae aetatis negligentiae & barbariae imputanda est; nam plerique eorum jam ante Dionysii Halicarnassensis tempora interciderant [8]. "Ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν." *Pherecydes* Pollucem Jovis; Castora Tyndarei filium, utrumque Leda natum dixit *ἱστοριῶν* libro secundo [9]. Idem de Peleo egit libro primo (fr. III.), & Troica attigit libro decimo, prout fragmenta probabiliter disposuit Aug. Matthiae [10]. De Anio (fr. LXXIV. Sturz.) supra diximus. *Acusilaus* de causa, cur Venus Paridem ad Helenae amorem instigaverit, & de hujus deae simulata in Trojanos mente ea narravit, quae ab Homero atque a Cypriis carminibus immane quantum discreparent [11]. *Dionysium Milesium Τρωϊκῶν* libros tres composuisse constat [12]; sed horum librorum ne unum quidem fragmentum exstat. Denique *Hellanicus* Troica scripsit, sed nihil, quod ad nostrum argumentum illustrandum valeret, servatum est.

Succedit aetas *Lyricorum*, ex quibus *Pindarus* solus aetatem tulit. Hic quomodo in universis Graecorum fabulis tractandis versatus sit, bene ostendit

---

8) Dionys. Halicarn. de Thucyd. judic. c. 23.

9) Schol. Apollon. Rh. I. 146 e cod. Paris. (fragm. VIII. Sturz.).

10) Aug. Matthiae de Pherecydis fragmentis, Altenburgi 1814. 4., repetit. in Fr. Aug. Wolfii Analectt. litter. Vol. I. p. 330.

11) Schol. Homer. Il. XX. 307 (fr. XXVIII. Sturz.).

12) Suidas h. v., Eudocia Viol. p. 128 sq.

K. O. Müller in Prolegomenis p. 87. Ad nos imprimis pertinet nobilissimus ille de Polluce & Castore locus Nem. X. 49 sqq., in quo loco ita omnia cum Cypriorum carminum narrratione congruunt, ut hæc unice Pindarum secutum esse appareat [13]). Præterea fabulam de Cycno ab Achille interfecto attingit poeta Olymp. II. 90; de Diis, Pelei & Thetidis nuptias obeuntibus & dona ferentibus, Pyth. III. 90 sqq.; de Jove & Neptuno Thetidis amplexus expetentibus, sed a Themide deterritis, Isthm. VII. 28 sqq.; de Telepho ab Achille vulnerato ibid. 50 cll. Isthm. IV. 46 sq.; sed hæc omnia breviter, atque ita, ut eum Cypria carmina ante oculos habuisse magis suspicari, quam perspicere possimus.

De *Tragicorum* in mythis tractandis consilio non est, quod multa dicamus. Satis enim vel ex iis, quæ ad nos pervenerunt, fabulis patet, summa licentia Tragicos veteres mythos mutasse, auxisse, exornasse, partim quo τραγικώτερον esset, quod ageretur, partim quod vulgatam fabulam jam alii occupaverant, interdum etiam, quod eandem fabulam ipsi in alia tragoedia aliter exhibere, quam sine ulla varietate repetere malebant [14]). Itaque quod ait Aristoteles [15]), multas tragoedias e carminibus Cypriis desumtas esse, id non tam de singularum rerum ordine ac descriptione, quam de argumenti summa intelligendum videtur. Et-

---

13) Cfr. Dissen in Boeckh. Pindar. T. II. P. II. p. 473 sq.

14) Cfr. Valckenaer. diatr. in Euripid. deperd. dram. reliqq. p. 186 ed. Lips. & Boeckh. de Græcæ tragoed. princip. p. 256.

15) A. P. XXIII. 7.

enim quemadmodum triumviros tragoediæ principes diverso modo idem argumentum in Choëphoris & utraque Electra tractasse videmus, itemque Æschyli & Euripidis fabulas, Philoctetæ nomine inscriptas, aliter dispositas fuisse, quam Sophoclis tragoediam, quæ exstat, ex Dionis Chrysostomi orat. LII. comperimus [16]): ita idem usu venisse credibile est in tragoediis iis, quæ in Antehomerico argumento versabantur, & quorum non nisi tituli & paucula fragmenta ad nos pervenere, ut in Æschyli & Sophoclis Iphigenia, & ea, quæ Euripidis nomine fertur, Iphigenia in Aulide, in Telepho Æschyli, Euripidis, Iophontis, Agathonis, aliorum; in Palamede Æschyli, Sophoclis & Euripidis: in quibus tragoediis, aliorumque permultis, quum haud pauca sine dubio e Cypriis carminibus petita fuerint, alia aliter exposita atque ex aliis fontibus, fortasse ex ceteris cyclicis carminibus, hausta putanda sunt [17]). Ex iis tragoediis, quæ hodie supersunt, sola Euripidis Iphigenia in Aulide versatur in argumento, Cypriis carminibus celebrato [18]); neque, quantum ex

---

16) Cfr. Hermanni dissert. de Æschyli Philoct. 1825. 4.

17) Omnino Cyclica carmina tragicis multa argumenta magnamque fabularum varietatem suppeditasse, & res loquitur, & non obscure veteres significant. Nam Aristoteles l. c. ex parva Iliade decem tragoedias desumtas fuisse tradit, & Athenæus lib. VII. c. 5 Sophoclem ait epico cyclo magnopere delectatum esse: *Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι, κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιΐᾳ.*

18) Fr. Thierschius über die Epochen d. bildenden Künste unter d. Griechen Abth. I. p. 16 not. 25, Euripidem in Helena, ait, Cypria & cyclica carmina secutum esse:

brevi Procli narratione judicare licet, magnopere ab his carminibus recessisse videtur Euripides, vel si extrema tragoediæ pars ab alia manu profecta sit [19]. Nam ex initio Iphigeniæ in Tauris satis apparet, Euripidem eandem, quam nostrum poetam, de Iphigenia conservata famam secutum esse; idem vero Tauricæ Iphigeniæ principium ostendit, in sacrificii causa tradenda discrepasse Euripidem, quum ibi Iphigenia Agamemnonem dicat vovisse, se id, quod ille annus protulisset pulcherrimum, Dianæ sacrificaturum (vs. 20); neque de superbia Agamemnonis ullum in priore Iphigenia vestigium. Ex ceteris, quæ exstant, tragoediis, eæ, quarum in extremi belli Trojani rebus positum est argumentum, multos continent locos, quibus Iliaci belli primordia attinguntur. In hoc genere est Æschyli Agamemnon, in qua fabula de Calchantis vaticinio & de Iphigeniæ sacrificio quædam narrantur (vs. 105 sqq.), haud plane eodem modo, atque in nostris; porro Sophoclis Electra, impr. vs. 563 sqq. de Agamemnonis jactantia, indeque nata Dianæ ira; denique ex Euripidis fabulis Hecuba, Orestes, Andromache, Helena &, quæ fortasse Euripidis mi-

---

parum recte; nihil enim de illo Helenæ εἰδώλῳ in Cypriis, sed hoc primus proposuisse videtur Stesichorus in Palinodia, fortasse etiam in Ἰλίου πέρσει (quod carmen in cyclo non erat); vide Stesichori fragm. in Gaisfordi poet. min. Vol. III. p. 341; cfr. Classic. Journ. No. 46 pag. 308 sq., Tychsen de Quint. Smyrn. pag. LXXIII. sq.

19) De Iphigenia Aulidensi vide præter alios Boeckh. trag. Gr. princ. c. XVIII. p. 225 sqq. & Aug. Matthiae prolegg. ad h. tragoed.

noris est fabula [20]), Rhesus. Deperditarum autem tragoediarum tituli & fragmenta vel imprimis ostendunt, antehomerica argumenta tragicis poetis frequentata fuisse. Ex his fabulis nominandæ sunt *Æschyli* Iphigenia [21]), Telephus, Palamedes [22]) & fortasse Cycnus, si qua hujus nominis Æschyli fuit fabula [23]); multæ *Sophoclis*, sive majoris, sive minoris, imprimis *Ἑλένης ἁρπαγή*, *Ἑλένης γάμος*, *Ἑλένης ἀπαίτησις* [24]), Iphigenia, *Ὀδυσσεὺς μαινόμενος*, Palamedes, Troilus [25]) & fortasse *Ἀχιλλέως ἐρασταί*, drama satyricum; *Euripidis* inter alias Palamedes, Protesilaus, Telephus & *Ἑλένης ἀπαίτησις* (quæ tragoedia tamen num vere fuerit Euripidis, dubitatur a VV. DD. [26]). Ex ceteris tragicis poetis primus nominandus est *Iophon*,

---

20) Valcken. diatrib. c. 9 p. 92 sqq., Boeckh. l. c. p. 228 sqq., Matthiae Euripid. Vol. VIII. init.

21) Ex Welckeri sententia (Æschylische Trilogie p. 408 sqq. & Nachtrag zu der Schrift über Æsch. Tril. p. 158 sqq.) ad Iphigeniæ fabulam pertinebat trilogia *Ἱερεῖαι*, *θαλαμοπομποί*, *Ἰφιγένεια*.

22) Hanc fab. Welckerus Æsch. Tril. p. 466 miro trilogiarum efficiendarum studio, levissima ratione ductus, ad trilogiam, Ulyssis mortem complexam, retulit.

23) Welcker. l. c. p. 544 ex Aristoph. Ran. 990 Invern. cfr. eund. p. 563.

24) Hanc fab. Hermannus in Comment. soc. philol. Lips. Vol. I. P. II. p. 247 (Opuscul. Vol. I. p. 46) eumque secutus Boeckh. l. c. p. 128 satyricam fuisse censent, reclamante Welckero Nachtrag p. 292 sq.

25) Etiam hanc fab. Boeckh. p. 127 post Brunck. ad satyrica dramata refert, tragoediæ vindicat Welckerus l. c.

26) Pierson ad Moer. p. 172, Heathius in fragm. Euripid. p. 168, Valcken. diatrib. p. 17, quos impugnat Welcker. l. c. p. 293.

Sophoclis filius, cujus fabulæ *Ἀχιλλεύς* & *Τήλεφος* commemorantur a Suida & Eudocia Viol. pag. 248, quamquam Sophocli Telephum tribuit Hesychius voc. *Ἀειφόρος*. Præterea a veteribus laudantur *Achæi* Cycnus (?) & Philoctetes, *Agathonis* Telephus, *Astydamantis* Palamedes, *Cleophontis* Telephus, *Philoclis* Philoctetes, *Theodectæ* Helena & Philoctetes, *Timesithei* *Ἑλένης ἀπαίτησις*; de quibus vide sis Fabricii notit. tragicor. deperd. Sed quum, ex magna tragoediarum Græcarum copia paucas admodum servatas esse, deplorandum est, tum illud magnopere dolendum, quod ne ea quidem scripta ad nos pervenerunt, quibus tragoediarum argumenta, & quæ singulorum tragicorum propria essent, exposita erant. Sic olim ferebantur *Heraclidis Pontici* *περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ* libri tres, & *περὶ τῶν τριῶν τραγῳδοποιῶν* liber 27), *Dicæarchi* *ὑποθέσεις τῶν Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους μύθων* 28), *Philochori* *περὶ τῶν Σοφοκλέους μύθων* libri quinque ejusdemque *περὶ Εὐριπίδου* liber 29), *Hieronymi* liber *περὶ τῶν Τραγῳδοποιῶν* 30), *Demarati* *Τραγῳδούμενα* 31) & imprimis *Asclepiadæ Tragilensis* *Τραγῳδούμενα*, ex quibus vel ea, quæ hodie in variis scriptoribus dispersa leguntur, haud parvi sunt momenti ad nostrum argumentum illustrandum 32).

---

27) Diogen. Laert. V. c. 6.

28) Sext. Empir. advers. Mathem. lib. III. init.

29) Suidas v. *Φιλόχορος*.

30) Suidas v. *Ἀναγυράσιος*.

31) Clemens Alexandr. protrept. p. 27 C.

32) Werferus de Asclepiad. Trag. tragodumenon reliquiis fragm. XII.: vide supra c. IV. fragm. 5. p. 46.

Alexandrini qui dicuntur scriptores, imprimis poetæ atque historici, quid e nostris carminibus sumserint, quid novarint, in tanta scriptorum ex illa ætate relictorum penuria dijudicare non possumus. *Callimachus* & *Apollonius Rhodius*, quum in diversis a nostro argumentis versentur, nihil admodum, quod ad nostram rem faciat, suppeditant. *Lycophron* [33]) si quando carmina Cypria secutus est, hujus similitudinis vestigia adeo obscura sunt, ut vix ac ne vix quidem agnosci queant. Unus ex hujus ætatis reliquiis *Theocritus* in Idyllio XXII Dioscurorum certamen plenius exposuit; sed & nova quædam admiscuit, & in iis, quæ huic carmini cum Cypriis communia sunt, utrum hæc, an Pindarum secutus sit, haud liquet. Ex historicis Alexandrinis si qui universam Græcorum historiam tractarunt, hi sine dubio, priorum historicorum morem secuti [34]), plerumque a temporum mythicorum memoria narrationem repetiverunt. Sed imprimis mythis vel secundum populos vel ex veterum carminum cyclo exponendis & explicandis operam navarunt multi hujus ætatis scriptores, ii, qui proprio nomine vocantur *mythologi* . *mythographi*, quorum complures recenset Th. Gale n dissertatione de scriptoribus mythologicis, præ-

33) De ejus ætate nuper disputatum est a Niebuhrio Rhein. Mus. I. p. 108 sqq.

34) Cfr. Creuzer. hist. K. p. 78, K. O. Müller Prolegg. p. 97 sqq. Sic *Anaximenes Lampsacenus* Hellenica scripsit libris duodecim, inde a Theogonia usque ad pugnam Mantineensem. Diodor. Sicul. XV. c. 89, cfr. Heyne ad Apollodor. p. XXXV.

missa editioni scriptt. mythol. p. 7. Ex omnibus au tem mythorum scriptoribus, qui tempus tulerunt, (quos edidit Galeus, unus *Apollodorus* partim vetere auctores maxime secutus esse videtur, partim totum mythicum cyclum opere suo, quod fine mutilum nunc exstat, complexus est. Photius enim, qui integrum legit, testatur in Ulyssis reditu finiisse librum [35]), qui a theogonia incipit. Neque aliud sine dubio vult glo-riosum illud epigramma, quod affert idem Photius [36]), nisi hoc, Apollodori librum, quum totum mythicum cyclum enarret, omnes fabulas complecti, quæ a va-riis poetarum generibus celebratæ fuissent. Nam quod quidam ex hoc epigrammate confici volunt, cyclicos poetas singulos excerpsisse Apollodorum, hoc quam-quam fortasse in nonnullis bibliothecæ partibus factum est, de universo tamen libro haud æque dici potest. Quum enim Apollodorus identidem cyclicos poetas laudet [37]), longe frequentius rerum a se narratarum

35) Photius cod. 186 p. 142 Bekker. *Περιεῖχε δὲ τὰ παλαίτατα τῶν Ἑλλήνων, ὅσα τε περὶ θεῶν καὶ ἡρώων ὁ χρόνος αὐτοῖς δοξάζειν ἔδωκεν, ὀνομασίας τε ποταμῶν καὶ χώρων καὶ ἐθνῶν καὶ πόλεων, ὅθεν, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνατρέχει, καὶ κάτεισι μέχρι τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἀνδρῶν τινῶν πρὸς ἀλλήλους μάχας καὶ ἔργα ἐπιτρέχων καὶ τῶν ἀπὸ Τροίας πλάνας τινάς, μάλιστα δ' Ὀδυσσέως, εἰς ὃν αὐτῷ καὶ ἡ ἀρχαιολογία καταλήγει.*

36)
Αἰῶνος σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο
παιδείης, μύθους γνῶθι παλαιγενέας,
μηδ' ἐς Ὁμηρείην σελίδ' ἔμβλεπε, μηδ' ἐλεγείην,
μὴ τραγικὴν Μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην,
μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον· εἰς ἐμὲ δ' ἀθρῶν
εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

37) V. c. ὁ τὴν Θηβαΐδα γράψας I. 8. 4., ὁ τὴν *Ἀλκμαιωνίδα*

auctores commemorat veteres historicos, Pherecydem, Acusilaum, alios, quos maxime secutus videtur [38]. Quum bibliothecæ pars ea, quæ res Trojanas complexa erat, interciderit, num Cypria carmina in suis fontibus habuerit, in dubio relinquendum est. Restant tamen nonnulli loci, quibus Apollodorus, dum alias fabulas tractat, quædam intexit, Cypriis carminibus celebrata, atque hæc ita exponit, ut, si quid interdum nostris carminibus congruum tradit, discrepantes item aliorum narrationes juxta exhibeat, nunc diversorum auctorum fabulas misceat [39], nunc etiam recentiora propinet [40]. Reliqui mythographi Græci, qui exstant, nihil fere, quod ex antiquo fonte haustum videatur, continent.

Diodori Siculi libri ii, quibus Troica continebantur (lib. VI. & VII.) [41], perierunt. Sine dubio ille, quemadmodum in aliis bibliothecæ suæ partibus, sic in hac quoque maxime secutus erat Dionysium, non *Milesium* illum quidem, ut vulgo putant [42], sed

---

γεγραφὼς I. 8. 5., *ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας* III. 10. 5., *Εὔμηλος* sæpe.

38) Cfr. Heynii ind. scriptt. ab Apollod. laudd. & ejusd. comment. de Apollodori bibl. p. XLI. sq.

39) III. 10. 7. de Helenæ natalibus; ibid. c. 11. 2. de Dioscurorum pugna cum Lynceo & Ida; c. 13. 5. de Pelei & Thetidis nuptiis.

40) III. 13. 8. de Achille inter puellas latente.

41) Cfr. Photium cod. 70.

42) V. c. Heynius de fontibus hist. Diodori Vol. I. p. LXVII. sq. ed. Bip. Diod., Creuzer. hist. Kunst d. Gr. p. 124 sqq., Wüllner p. 8 sqq.

Samium, recentiorem [43]; neque tamen spernendum auctorem, quippe quem Troica ita tractasse observet Diodorus, ut mythologos & poetas veteres, e quibus sua sumsisset, citaverit [44].

Qui sequuntur tum poetæ, tum prosæ orationis scriptores Græci, Cypria carmina aut omnino non cognoverunt, aut plane neglexerunt: adeo ab antiqua simplicitate abhorrent ea, quæ ab his narrantur. Ita *Philostrati Heroica*, sophisticis pigmentis referta, pauca ad ipsas res bello Trojano gestas pertinentia tradunt, eaque ita depravata, ut quasi consulto omnia antiqua respuere videatur scriptor. *Coluthi* carminis *de Helenæ raptu* partem majorem occupant Pelei nuptiæ & Paridis judicium, ex vulgata quidem fabula, sed qualem vel e brevi grammatici cujusdam narratione petere poterat; reliquo carmine ipsum raptum & Hermiones lamenta persequitur, nugatorie & insulse hæc, ut cetera, ita, ut meretriculam, viros venantem, non Helenam heroida celebrare videatur. Omnino autem si quid interdum recentissimi scripto-

43) Boeckh. explicat. ad Pindar. T. II. P. II. p. 233; cfr. K. O. Müller Prolegg. p. 95.

44) Diodor. Sic. III. 66. *Οὗτος* (Dionysius) — *τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα — συντέτακται, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων, τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν·* cfr. c. 52. *Παρατιθέναι* impr. forma media hac significatione frequens est; vide Valckenaer. adnott. crit. in loca quæd. N. F. in Hemsterh. & Valck. oratt. p. 393 sq., eund. ad Ammon. p. 113 ed. Lips., Schaefer. ad Dionys. de comp. verb. p. 84 & 359 (ubi hunc locum attulit) & in melet. crit. p. 25, Bast ad Gregor. Corinth. p. 348.

res Græci ex vulgata fama referunt, quod ad nostrorum carminum narrationem propius accedat, huic tamen nova inventa ita admiscent, ut vel ex hoc ipso, eos carminibus Cypriis usos non esse, cognosci possit. In hoc genere est *Dictys Cretensis*, quem Græcum, an Romanum scriptorem dicam, dubito; — certe Dictyn Cretensem auctorem mentitus liber de bello Trojano Græce scriptus olim exstabat, plenior, ut videtur, quam is, quem hodie Latino sermone conscriptum habemus, quum *characteres* heroum Græcorum & Trojanorum, qui in Græco Dictye legebantur, in Latino non inveniantur; — sed Dictys ille, quamquam non ita insulsus est, ut ceteri infimæ ætatis scriptores, tamen ea, quæ antiquiorem originem præ se ferre videntur, sophisticis declamationibus & Grammaticorum inventis atque quisquiliis ita deformat, ut ex iis, quæ tradit, non nisi pauca in usum nostrum converti possint. Dictyn tamen certatim exscripserunt Byzantini scriptores, *Joannes Malelas*, *Georgius Cedrenus* 45), *Isaacius Porphyrogennetus* 46) atque etiam *Const. Manasses*, qui nonnulla ex Herodoto & Philostrato petita admiscuit. Hos nominasse satis est. Neque melioris notæ est *fragmentum* illud *τῶν Τρωϊκῶν* in catalogo MSS. bibliothecæ Uffenbachianæ p. 655 sqq., quod mire consentit cum iis, quæ Tzetzes in Antehomericis narrat. De *Tzetzæ* autem in Antehomericis conscribendis fontibus erudite in prolego-

45) Uterque Dictyn *veracissimum scriptorem* laudat, Malelas p. 134 & Cedren. T. I. p. 127 Paris.

46) In Leonis Allatii excerptis variis Græcorum sophistarum & rhetorum, Rom. 1641, p. 259 sqq.

mentis & adnotationibus ad hunc librum disputavit *Fredericus Jacobs*, cui plane assentior. Neque ex eo, quod Tzetzes in scholiis ad Lycophrona 47) & in Chiliadibus nostra carmina aliquoties laudat, confici potest, hæc carmina ab eo lecta fuisse. Ea est enim Tzetzæ consuetudo, ut ubique doctrinam, quæ *sane* magna in eo erat, vera majorem jactet, eaque, quæ ex aliis exscripserit, sublato auctore, pro suis vendidet. Quod si Cypria carmina oculis usurpasset, non ita levi brachio in Anii fabula ea attigisset, neque plane omisisset in Antehomericis. Alterum vero illud fragmentum de Dioscurorum pugna, in Chiliadibus & in comment. ad Lycophr. allatum, non magis ille ex ipsis carminibus Cypriis hausit, quam ex ipsa parva Iliade versum illum sumsit, quem bis in Posthomericis (vs. 720 & 773) ut purpureum pannum ἀμέτρως suis versibus assuit; nam ut hunc ex Clemente Alexandrino aut ex scholiis Euripideis 48), ita illos ex Pindari scholiis suffuratus est.

Poetæ Latini antiquissimi *Livius Andronicus*, *Nævius*, *Ennius*, *Pacuvius*, *L. Attius* in tragoediis, quas composuerunt, Græcorum tragicorum vestigia ita persecuti sunt, ut eorum non sententias tantum expresserint 49), verum etiam, id quod e fragmen-

---

47) Isaaci fratris nomine honoris causa illa scholia inscripta sunt. Küster ad Suid. T. II. p. 473, cfr. Jacobs prolegg. p. XV. not.

48) Clement. Alex. Strom. I. p. 321 D.; Schol. Euripid. Hecub. 892. Ipse Tzetzes ad Lycophr. 344 eundem versum laudat.

49) Ciceron. Academ. poster. c. 3.

tis, quæ hodieque exstant, patet, verba plerumque Latine interpretati sint 50). Itaque, quod supra de Græcis tragicis dictum est, id de Latinis quoque judicandum, qui hos *solos* auctores secuti esse videntur: quorum tragoedias eas, quæ in Troicis argumentis versatæ sunt, recenset Heynius, excurs. I. ad Virg. Æn. II. p. 307. E fragmentis autem, quæ exstant, gravissimum ad nostram rem est illud in Ciceronis de officiis libro III. c. 26 ex *Pacuvii*, ut videtur, *Armorum judicio*, ubi Ajacis de simulata Ulyssis insania hæc sunt verba:

Cujus ipse princeps jurisjurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
Furere assimulavit; ne coiret, institit.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia
Istius percepset malitiosam astutiam:
Fide sacratæ jus perpetuo falleret.

Idem Pacuvius Iphigeniæ sacrificium, Euripidem secutus, tetigit in prologo Dulorestis, ut suspicatur Henr. Stieglitz de M. Pacuvii Duloreste p. 45 sq.

Epica poesis Romana, jam antiquioribus temporibus culta, lætissime effloruit Augusti ævo, quod poetarum ut præstantissimorum, ita doctissimorum feracissimum erat, neque facile quisquam ex hac ætate poeta, qui aliquo in numero esset, nisi lectis optimis

---

50) Cfr. Sueton. de illustr. grammat. c. 1. *Antiquissimi doctorum, qui iidem et poetæ et oratores semigræci erant, (Livium et Ennium dico, —) nihil amplius quam Græca interpretabantur; ac si quid Latine ipsi composuissent, prælegebant.* Idem de comoediarum scriptoribus observat Diomedes lib. III. p. 486.

poetis Græcis, ad scribendum accedebat. Hoc quum in universis hujus ætatis poetis valet, tum multo maxime in epicos poetas cadit, quibus non solum artem, sed etiam materiem plerumque suppeditabant Græci. Ex omnibus autem argumentis epicis maxime his poetis in deliciis erant res Trojanæ, quippe quæ & uberrimam poeticæ facultatis expromendæ materiam præberent, & illius vatis præconio celebratæ essent, *cui vel magno intervallo proximum esse*, summa laus duceretur. Quos vero auctores poetæ Romani in rebus Troicis prædicandis maxime secuti sint, in tanta Græcorum poetarum, qui exstant, paucitate haud facile est decernere. Hoc tamen in universum affirmari posse videtur, non solum cyclicos ab iis adhibitos fuisse, sed etiam cetera poetarum genera, maxime *Alexandrinos*, si quid melius aut exquisitius, quam antiqui illi, *tractasse* putarentur. Hoc, quod in Virgilio ostendit Heynius, ad *Ovidium* eo magis pertinere videtur, quo majorem ille doctrinam in omnibus carminibus præ se fert. Sine dubio Cypria carmina & legerat, & in metamorphoseon lib. XII. & XIII., in quibus Antehomerica cecinit, in usum converterat. Singula tamen, quæ illic narrantur, si attendimus, non ex solis his carminibus eum omnia repetiisse intelligimus. Fabulam quidem de dracone & passeribus, a qua incipit liber XII., ad Homeri exemplum adumbrasse videtur; hanc excipit de Iphigenia mactata narratio, qua brevissime defungitur. Sequitur de Cycno fabula, quem ab Achille interfectum Cypria carmina tradiderant; ipsa autem exornatio atque imprimis illud de invulnerabili Cycni corpore aut Tragicis debetur (si ho-

rum fabulæ, hoc nomine insignitæ; quarum nonnullis supra nominavimus, de Cycno, Neptuni filio, non de altero illo, Martis filio [51]), egerunt), aut Alexandrinis, qui multi de mutatis figuris scripserant, v. c. Nicander in Ἑτεροιουμένοις [52]). Quæ eidem huic fabulæ ab Ovidio intexuntur de Protesilao, Hectoris manu sublato, & de Telepho, ab Achille vulnerato eodem & sanato, ea a Cypriorum narratione non recedunt; alia vero cum iis haud congruunt, veluti illud, quod Lyrnesi moenia se dejecisse gloriatur Achilles, quod ex nostris carminibus multo post factum est. Lib. XIII. vs. 35 sqq. paucis versibus tangitur simulata Ulyssis insania, a Palamede deprehensa; vs. 45 sqq. de Philocteta in Lemno insula relicto, vs. 56 sqq. de Palamede, Ulyssis fraude a Græcis damnato & interfecto, e Tragicorum commentis agitur; vs. 162 sqq. Thetidis consilium, ut Achillem fato eriperet, & callidum Ulyssis in eo detegendo inventum refertur; vs. 181 sqq. Ulyssis in Iphigeniæ immolatione partes exponuntur; vs. 196 sqq. Ulysses & Menelaus legati ad Helenam & res repetendas Ilium missi commemorantur. De Anio (vs. 632 sqq.) jam supra disputavimus: hanc fabulam, ut multa alia, quæ in extremis Metamorph. libris & in Fastis narrantur, ex Græcis rerum Italicarum scriptoribus hausisse videtur (cfr.

51) Cfr. Schol. Pind. Olymp. II. 147., Heinrich. in Scut. Hercul. 57.

52) Suidas v. Νίκανδρος, Schol. Apollon. Rhod. I. 1256, Antonin. Liberalis multis locis. Cfr. Mellmann comment. de causis & auctoribus narrationum de mutatis formis, Lips. 1786, p. 75 sqq.

Dionys. Halicarn. I. 69). E poëtis Euphorion Ovidio in hoc argumento præiverat, ut supra observatum est. Hæc ex Ovidii Metamorphosibus ad Cypriorum carminum argumentum illustrandum peti possunt; quædam etiam in aliis carminibus Ovidianis perstringuntur, maxime in Heroidibus & Fastis, ubi (lib. V. 699 sqq.) Dioscurorum certamen, ob Leucippidas cum Ida & Lynceo initum, Theocritum maxime respiciens celebrat poeta.

Ovidio & ætate par & familiaritate junctus *Æmilius Macer* carminis materiem sibi sumserat res Trojanas: quem ob hoc *Iliacum* dicit Ovidius ex Ponto IV. epist. 16. 6. Macri *bellum Trojanum* (nam sic inscriptum fuisse carmen, edocemur ab Apuleio de Orthogr. § 18) bipartitum fuisse videtur, adeo ut altera pars complecteretur res a belli Trojani primordiis usque ad Achillis iram gestas; Ovidius enim Amor. II. 18. 1 sq.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillen,
Primaque juratis induis arma viris,
Nos, Macer &c.

atque inter alia, quæ hoc carmine contineantur, ab Ovidio in eadem elegia vs. 37 sq. Helenæ raptus & adulterium & Laodamiæ mors commemorantur. Altera autem carminis pars in posthomericis s. Homeri paralipomenis versabatur, ut indicant ejusdem Ovidii versus lib. II. epist. ex Ponto ep. 10. 13 sq.

Tu canis æterno quidquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu.

Utrumque carmen periisse magnopere dolendum est, quum illud de belli Trojani initio idem plane, quod

Cypria, complexum sit temporis spatium 53). Reliqui poetæ Latini nihil, quod huc pertineat, suppeditant. *Statii* quidem *Achilleis* Achillem in Scyro insula latentem, atque inde ab Ulysse ad belli societatem protractum canit, ideoque vel hoc nomine a nostro argumento alienum est carmen.

E mythographis Latinis *Hyginus* solus quædam præbet, quæ cum fructu ad nostra carmina illustranda adhiberi possint. Sed quamquam fabulæ eæ, quæ, posteriore ætate collectæ, Hygini, Augusti liberti, qui & ipse olim in simili quodam argumento versatus erat, nomine insignitæ feruntur, haud contemnendam præ se ferunt doctrinam, pleraque tamen, quæ in iis reperiuntur, e tragicis atque imprimis e scriptoribus

53) Cfr. Wernsdorf poet. Latin. minor. Vol. IV. p. 578 sqq. Æmilium Macrum, quem vulgo eundem esse putant atque eum, qui de plantis, serpentibus & avibus scripsit, & cujus mentionem facit Ovid. Trist. IV. 10. 43 sq., ab hoc, quippe natu majore, recte jam distinxit Heinsius ad Ovid. epist. ex Pont. IV. 16. 6. & post eum Maffeus Verona illust. II. 19, Wernsdorf l. c. & Heynius ad Tibull. II. 6. 1.. Itaque mirandum, Osannum ad Apuleium p. 56; ejusdem Macri Ornithogoniam & bellum Trojanum fuisse, putare. Idem Osannus, quod manifesto ex locis Ovidianis supra allatis, quos plane neglexit, intelligitur, id ex Quintilian. XII. 11. 27 confici dicit, argumentum Æneidos Virgilianæ simile Macrum tractasse. Sed l. c. Quintil. non de carminum argumento, sed de epico genere agitur: alioquin Lucretius quoque, qui ibi cum Macro jungitur, Æneidos simile argumentum tractasse dicendus erit. Cfr. similem locum Quintil. X. 1. 87, ubi Macer dicitur *humilis*, quod satis ostendit, alterum Macrum, qui de herbis & avibus versibus heroicis scripserat, intelligendum esse.

Alexandrinis petita sunt, eaque, quæ ad Trojanum bellum pertinent, tantum non omnia ita a Cypriorum carminum narratione discrepant, ut hæc carmina in mythographi fontibus non fuisse appareat.

Ne *artifices* quidem antiquos poetas neglexisse, sed hos sæpe argumenti sui duces secutos esse constat; atque in tabulæ Delphicæ descriptione Pausanias identidem poetas eos, quos Polygnotus in hac tabula pingenda spectasse videatur, commemorat[54]. Neque tamen hoc latius patere putandum est, quam quantum artis & ingenii ratio patiatur. Profecto præstantissimus quisque artifex poetarum lectione imbutum animum ad artem attulit; sed non eam hæc poetarum cognitio habebat vim, ut ingenium arctis litterarum limitibus circumscriberetur, aut ars in singulorum poetarum narrationibus religiose pictura sculpturave repræsentandis consumeretur. Ita fit, ut neque pro certo affirmari possit, monumenta ea, quæ olim exstabant, quibus Trojani belli res pictæ sculptæve erant[55], neque ea, quibus hodie in variis Museis

---

54) Pausan. X. 25. 2 *Δῆλα οὖν, ὡς ἄλλως γε οὐκ ἂν ὁ Πολύγνωτος ἔγραψεν οὕτω τὰ ἕλκη σφίσιν, εἰ μὴ ἐπελέξατο τὴν ποίησιν τοῦ Λέσχεω*; ibid. c. 28. 1. *ἐπηκολούθησε δὲ ὁ Πολύγνωτος (ἐμοὶ δοκεῖν) ποιήσει Μινυάδι*; ibid. 31. 2. *Πολύγνωτος μὲν δῆλός ἐστιν ἐπακολουθήσας τῷ Ἀρχιλόχου λόγῳ*. Cfr. quæ supra ad fragm. III. p. 45. ex eodem Pausania attuli de Nemesi Phidiæ, sive, ut alii volunt, Agoracriti (Sillig catalog. artificum v. Agoracrit. p. 26 sqq., K. Otfr. Müller de Phidiæ vita & operibus comment. I p. 42 sqq.). Utrum rectius existimetur, ad nostrum argumentum nihil interest.

55) Sic v. c. *Theodorus* bellum Iliacum pluribus tabulis pinxerat, quæ tabulæ Plinii ætate Romæ in Philippi

oculos animumque pascunt spectantis [56]), ad nostra vel ad cetera cyclica carmina adumbrata esse. Alia ratio est eorum monumentorum, quæ posterioribus temporibus sculpta, non tam arte, quam doctrina commendantur, quæque ad puerorum plerumque institutionem composita videntur; hæc enim sæpe addita habent poetarum nomina, ad quorum carmina imagines expressæ sint: in quo genere est tabula Iliaca, itemque altera in museo Borgiano, quam explicavit Heerenius [57]). Sed carminum Cypriorum in nullis, quantum scio, hujus generis monumentis fit mentio.

---

porticibus erant: vide Plin. H. N. XXXV. sect. 40. De nobilissima *Timanthis* pictura, Iphigeniæ immolationem referente, vide Quintilian. II. 13. 13 & quos ibi laudat Spalding. Cfr. Winckelm. Werke Vol. VI. P. II. p. 175. & Meyer Gesch. d. Kunst I. p. 162, II. p. 159.

56) Horum multa collegit Millin in Galerie Mytholog. No. 522 sqq. Præterea Iphigeniæ immolationem in ara Florentina ab Uhdenio in Abhandl. d. Berl. Acad. d. Wissensch. 1812 edita, idemque argumentum in vase Florentino commemorat Welcker Æsch. Trilog. p. 412.

57) Heeren in Bibl. d. alt. Litt. u. Kunst St. IV. p. 45 sqq. De tabula Iliaca, primum a Fabrettio edita, vide Tychsen com. de Quinto Smyrn. sect. III. §. 8 & Böttiger Archæologie der Malerei p. 315.

VI.

DE FONTIBUS ET PRETIO CARMINUM CYPRIORUM.

De ipsorum carminum Cypriorum *fontibus* si quærimus, permulta ex iis, quæ ad res Trojanas, ante Achillis iram gestas, pertinent, jam ab Homero tacta fuisse invenimus: adeo ut Homerus jure dici queat dux atque auctor, ad cujus exemplum, ut Cyclici poetæ universi, maxime ii, qui de rebus Trojanis agebant, ita noster sua carmina conformarit. Nam ut formulas omittam Homericas, quibus noster aliquoties utitur (v. c. *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή* in fragm. I.), ac de rebus tantum dicam, ab utroque poeta narratis: Homerus jam commemorat deorum in Pelei nuptiis frequentiam (Il. XXIV. 60 alibi), Paridis judicium (Il. XXIV. 28 sqq.) 1), raptam Menelai conjugem raptasque possessiones (Il. XIII. 626, cfr. III. 70, XXII. 114 sqq.),

1) Hos versus veteres critici aliquot spurios habuere; vide Schol. & Eustath. ad l. c. Hom. Auctor libri *περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ποιήσεως Ὁμήρου* vulgo Plutarcho tributi c. 6: *Τοῦ δὲ Τρωϊκοῦ πολέμου καθ' Ὅμηρόν τινές φασιν ἀρχὴν εἶναι τὴν τῶν θεῶν κρίσιν, Ἥρας καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀφροδίτης, περὶ κάλλους ὑπ' Ἀλεξάνδρου γενομένην· λέγειν γὰρ τὸν ποιητὴν, Ὅς νείκεσσε κ. τ. λ. ἀλλ' ὡς οὐ πρέπον ὑπολαμβάνειν θεοὺς ὑπὸ ἀνθρώπων κρίνεσθαι, οὔτε ὑπὸ Ὁμήρου δι' ἄλλων παρίσταται τοῦτο· ὅθεν εὐλόγως ἠθέτηνται οἱ προκείμενοι στίχοι*: quæ ratio quam sit inepta, haud opus est multis verbis ostendere. Quo magis mirandum est, tam levi argumento inductum Hemsterhusium ad

Castoris & Pollucis vitam mortemque alternis diebus (Odyss. XI. 303 sq.), Achillem e Phthia ultro a Peleo in bellum missum (Il. IX. 439, XI. 765 sqq.), ostentum draconis, passeres comedentis, Aulide a Calchante explicatum (Il. II. 300 sqq.), Philoctetam in Lemno insula ob vulnus relictum (Il. II. 721 sqq.), Protesilaum interfectum, quum Græcorum primus nave exsiliret (Il. II. 698 sqq. cfr. XV. 705 sq.), legationem Græcorum ad Helenam & res repetendas (Il. III. 205 sqq. cfr. Il. XI. 139 sqq.), urbem oppugnatam (Il. VI. 435 sq.), Achillis adversus urbes Trojano agro adjacentes expeditionem (Il. IX. 325 sqq. coll. Il. I. 365 sqq., II. 690, IX. 129, Odyss. III. 105 sq. al.), pugnam Achillis cum Ænea in Ida monte & boves abactas (Il. XX. 90 sqq. 188 sqq.), Troilum interfectum (Il. XXIV. 257), Trojanorum auxilia (Il. II. 816 sqq.) 2). Sed quum neque omnia, quæcumque primis Trojani belli annis gesta erant, commemorasset Homerus, neque prout rerum ipsarum ordo postulabat, sed ut ad id, quod ipsi propositum erat, illustrandum singula maxime facere videbantur, neque eorum ipsorum nisi primas lineas duxisset, quippe quæ ad ipsius argumentum proprie non pertinerent: ad hæc explenda, dispo-

Lucian. D. D. XX. T. I. p. 253 hos versus spurios judicasse. Cfr. Heynium ad Hom. l. l. & Jacobsium ad Tzetz. Antehom. 74. Neque Fr. A. Wolfius dubitavit illos versus Homericos habere. Macrobius Saturn. V. 16 *nullam commemorationem de judicio Paridis Homerum admittere*, criticosne respiciens, an memoriæ lapsu dixerit, nescio.

2) Antehomerica ex Homerica narratione adumbravit auctor libelli de vita & poesi Hom. c. 7.

nenda, exornanda, satis amplus campus poetæ nostro patebat, copiosamque ei materiem præbebant fabulæ, fama atque ore traditæ, & fortasse aliquot carmina, brevia illa quidem, sed vetusta, neque hæc scripto, sed ore recepta, quibus singulorum heroum res celebrabantur. Neque hoc ita intelligi volo, quasi Homerica carmina *scripta* nostrum legisse, ipsumque sua litteris consignasse, citra omnem dubitationem positum putem. Sed quum tota hæc quæstio lubrica sit, & nostra memoria varie agitata, nec quidquam de nostrorum carminum ætate constet, hoc tantum, omissis ceteris, meo jure sumere mihi videor, cyclicos poetas non solum Homerica carmina cognita habuisse, sed etiam Homerico exemplo vetusta ἀοιδῶν carmina in suos usus convertisse & simul cum aliis narrationibus, fama atque memoria acceptis, adhibuisse. Quum autem fabulæ pro varia hominum populorumque indole varie tradantur & accipiantur 3), haud mirum est, multa in nostris carminibus aliter atque in Homericis narrata fuisse. Neque enim probabile est, posteriores poetas adeo religiose Homericis vestigiis institisse, ut non interdum aliam famam, nondum satis vulgatam, primi versibus mandare, quam ea, quæ jam ab eo relata erant, recoquere mallent; neque hanc religionem ceteris Cyclicis, quominus ab Homerica narratione recederent, impedimento fuisse, ostendunt fragmenta, quæ haud ita magno numero in scholiis Ho-

---

3) Cfr. Heynium de histor. scrib. inter Græc. primord. in comment. societ. Gotting. XIV. p. 123 sq.

meri & Tragicorum servata sunt [4]). Nostri vero poetæ hac in re cum Homero non nisi manca hodie institui potest comparatio, quum præter fragmenta & Procli argumentum, quod nudam plerumque rerum gestarum memoriam continet, nihil supersit, unde certi aliquid elici possit. Sed vel sic haud pauca ex aliis fontibus hausisse nostrum intelligere possumus. Quæ de Dioscuris, Paridis itinere, de Achillis nuptiis, Agamemnonis filiabus & de Pedaso nostra carmina aliter atque Homerus tradiderunt, de iis in fragmentis disputatum est. Præterea Homerus Il. III. 445 in Cranae demum insula Paridem cum Helena concubuisse narrat, Cypria vero eum *μετὰ τὴν μίξιν* Sparta solvisse commemoraverunt. Lycaon apud Homerum Il. XXI. 34 sqq. ab ipso Achille, in carminibus vero Cypriis a Patroclo, ut veneat, Lemnum ducitur. Denique auctor Odyss. XXIV. 115 sqq. Ulyssis moras in expeditione adversus Trojam suscipienda commemorat, sed fabulam de ejus insania & de Palamedis dolo noster poeta primus tractasse videtur, quemadmodum etiam illud, quod Græci bis Aulida convenerint.

Hæc de singulis rebus: in universa vero carminis *οἰκονομίᾳ* quid inter Homerum & cyclicos poetas intersit, acute explicat Aristoteles Art. poet. cap. 8 Herm. Cyclicos, ait [5]), quæcumque heroï alicui accidissent, aut quæ in bello quodam gesta essent, omnia continua narratione persecutos esse; Homerum autem, quum

4) v. c. Schol. Euripid. Orest. 1377 cfr. Schol. Il. XIX. 326.

5) *Πάντες — ὅσοι τῶν ποιητῶν Ἡρακληΐδα καὶ Θησηΐδα καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασι.*

res Trojanas tractaret, non, quæcumque ibi gesta essent, neque totam Ulyssis vitam sibi describendam sumsisse, sed ex his unam actionem (*μίαν πρᾶξιν*) selegisse, ad quam omnia alia referrentur: reliqua, ut quæque ad id, quod sibi proposuisset, pertinerent, ita aut narrationi adjunxisse, aut episodiorum loco adhibuisse, multa, quæ præterea de iisdem rebus vel heroibus narrarentur, consulto prætermisisse. Sic intelligenda esse Aristotelis verba, docent ea, quæ idem cap. XXIII. 2 sqq. affert, ubi in Cypria quoque hoc valere ostendit. Hunc locum integrum apponam, quippe qui præclare utriusque generis differentiam explicet: *Καὶ (δεῖ) μὴ ὁμοίας ἱστορίαις τὰς συνθέσεις εἶναι, ἐν αἷς ἀνάγκη οὐχὶ μιᾶς πράξεως ποιεῖσθαι δήλωσιν, ἀλλ' ἑνὸς χρόνου, ὅσα ἐν τούτῳ συνέβη περὶ ἕνα ἢ πλείους, ὧν ἕκαστα, ὡς ἔτυχεν, ἔχει πρὸς ἄλληλα. ὥσπερ γὰρ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἥ τ' ἐν Σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία, καὶ ἡ ἐν Σικελίᾳ Καρχηδόνων μάχη, οὐδὲν πρὸς τὸ αὐτὸ συντείνουσαι τέλος, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐφεξῆς χρόνοις ἐνίοτε γίγνεται θάτερον μετὰ θάτερον, ἐξ ὧν ἓν οὐδὲν γίγνεται τέλος. σχεδὸν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ποιητῶν τοῦτο δρῶσι· διό, ὥσπερ εἴπομεν, ἤδη καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ἂν φανείη Ὅμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους, τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος, ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον· λίαν γὰρ ἂν μέγας, καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι· ἢ τῷ μεγέθει μετριάζοντα, καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. νῦν δ' ἓν μέρος ἀπολαβὼν, ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς· οἷον νεῶν καταλόγῳ, καὶ ἄλλοις ἐπεισοδίοις, οἷς διαλαμβάνει τὴν ποίησιν. οἱ δ' ἄλλοι περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα*

χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ· οἷον ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα· τοιγαροῦν ἐκ μὲν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρας ἢ δύο μόναι· ἐκ δὲ Κυπρίων πολλαὶ κ. τ. λ. 6). Sic Aristotelés: hæc autem merito in Cypria carmina dicta esse, apparet ex Procli argumento, quo edocemur, non solum novem annorum historiam inde a belli Trojani initio usque ad Achillis iram deductam, sed etiam Pelei nuptias Helenæque natales & raptum his carminibus comprehensa fuisse, historico, non epico filo, hoc est, ita, ut temporis, non poeticæ necessitudinis ratio haberetur. Differt enim epos ab historia versibus concepta, neque, ut Aristoteles alio loco observat, si Herodoti historia metro comprehensa esset, idcirco minus historia diceretur 7). Carmina igitur Cypria, ut multarum tragoediarum, ita multorum ἐπῶν continebant materiem, cujusmodi carmina heroica esse debere, Iliadis & Odysseæ exemplo proposito, censet Aristoteles 8).

---

6) De differentia inter μίαν πρᾶξιν & μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ vide Salmas. ad Solin. p. 600, Tychsen comm. de Quinto Smyrn. p. LXIV., Heyne excurs. II. ad Il. XXIV. sect. IV., Vol. VIII. p. 800. Ceterum, quod h. l. Aristoteles Iliadem & Odysseam utramvis unius aut duarum tantum tragoediarum argumentum præbere ait, id de ipsa factorum serie, non de episodiis intelligendum esse, recte observavit Hermannus. Cfr. Welcker Æschyl. Trilogie p. 458 & p. 601.

7) Cfr. omnino totum cap. 9, quo poeseos atque historiæ differentia exponitur.

8) De hac Aristotelis sententia recentissimis temporibus multa in utramque partem disputata sunt. Sed ne quis nobis illud: *sero Græci in poesi didicerunt totum ponere*

Hoc in universa carminis indole reprehendit Aristoteles. Restat, ut de singularum partium exornatione quæramus: in qua dijudicanda si veterum scriptorum de poetis cyclicis testimonia sequamur, omnis poetica laus ab his carminibus abjudicanda sit. Nam Proclus apud Photium cod. 239 Cycli epici carmina ait in honore fuisse non ob poeticas virtutes, sed ob perpetuam rerum gestarum memoriam, his carminibus comprehensam 9). Iidem poetæ male olim audiebant, quod Homeri scrinia compilassent, & quod Homericis formulis crepandis ad Homerici carminis præstantiam accedere se posse putassent 10). Quodsi igitur omnia cyclica carmina uno ordine habemus, Cypria quoque inconcinna & illepida fuisse judicanda sunt. Verum jam illud, quod ad Homerum a multis olim referebantur, documento esse videtur, non omni

---

occinat, tenendum est, nos hoc loco non de Homericorum carminum origine, sed de diversa utriusque carminum generis indole agere, quæ diversitas immota manet, sive cum Aristotele unum esse carmen uniusque poetæ Iliadem itemque Odysseam statuas, quod sane jam ii ante oculos habuisse videntur, qui singulas utriusque carminis partes primi collegerunt & conjunxerunt, sive singulas rhapsodias singula per se esse carmina putes, in quibus ipsis condendis magnam partem initio jam studium paullatim totum aliquod efficiendi fuisse videtur. Cfr. K. O. Müller Prolegg. p. 83.

9) *Λέγει δὲ* (Proclus) *ὡς τοῦ ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων.*

10) Polliani epigr. in Jacobsii Anthol. Gr. Vol. III. p. 146. Alii quoque epigrammatum scriptores contumeliose eos commemorant, v. c. Callimachus epigr. XXX. Cfr. epigr. de Apollodori bibl. apud Photium cod. 186, v. supr. p. 90.

ea destituta fuisse laude, & quamquam de nostrorum carminum poetico pretio tacent scriptores veteres, alia tamen cyclica carmina magnis laudibus ferunt 11). Nostrorum carminum si plura fragmenta exstarent, melius nos hanc rem decernere possemus. Sed vel ex paucis fragmentis, quæ e bonarum litterarum naufragio servata sunt, contendi posse videtur, iniquum esse judicium eorum, si qui omnibus Cypria carmina poeticis dotibus caruisse putent, neque multum equidem absum, quin assentiar Hemsterhusio, qui ad Pollnc. X. p. 1255, *Poetam,* inquit, *Cypriorum nec arte nec ingenio fuisse destitutum, ex fragmentis egregiis, quæ hinc inde apud antiquos sunt dispersa,* *licet augurari.*

---

11) Pausan. IX. 9. 3 de Thebaide Cyclica (vel fortasse simul de Thebaide & de Epigonis, cfr. Wüllner p. 64): *Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαίοις* (*Θηβαΐς* conjicit Hemsterh., probante Ruhnkenio ad Callimach. fragm. p. 439 Ern.)· *τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος* (*Καλλίμαχος* Ruhnk. l. c.), *ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσαντα εἶναι·* (cfr. Herodot. IV. 32. & scriptorem certam. Hom. & Hesiod. p. 492 Loesner.) — *ἐγὼ δὲ τὴν ποίησιν ταύτην μετά γε Ἰλιάδα καὶ τὰ ἔπη τὰ ἐς Ὀδυσσέα ἐπαινῶ μάλιστα.*

INDEX.